Angelopolitana.

Emin.^me & Reu.^me Domine.

§.1. DIe 6. Martij, quæ fuit feria 4. Cinerum Anni præteriti 1647. Reuerendiss. D. Episcopus Angelopolitanus pro principio sacri ieiunij quadragesimalis dixit, & decreuit quod stante quod Concilium Tridentinum, & decreta Sacræ Congregationis disponunt, quod omnes Sacerdotes debeant sistere coram ordinario pro concionando, & audiendis confessionibus, & stante quod sibi constat ex relatione officialis suæ Cancellariæ, quod Patres Iesuitæ hanc licentiam, & approbationem à tribus annis nõ petierint nec obtinuerint præcipiebat Rectoribus Collegiorum S. Spiritus, & S. Ildefonsi eiusdem Ciuitatis Societatis Iesu vt infrà diem naturalem exhiberent omnes licentias concionandi, & confessiones audiendi, vt videre posset, an obseruentur decreta Concilij Tridentini, & interim abstinerent à ministerio, & exercitio Concionandi, & Confessiones audiendi vt patet ex primo edicto ipsius Episcopi seù illius Vicarij dato exaduerso in nostro *summ. num.* 1.

§.2. Miserunt Patres ad Episcopum petentes terminum aliquem competentem ad certiorandum Patrem Prouincialem. Interim tamen abstinuerunt ab eorum exercitijs, sed Episcopus reputabit hoc friuolum esse, & die Octaua eiusdem mensis transmisit secundum Edictũ in quo declarat ipsos confessiones audire, pænitentes absoluere, sine iurisdictione, & prædicare contra dispositionem Concilij Trid. iniungendo sub pæna excommunicationis quam ex nunc prout ex tunc infligebat, quod omnia priuilegia exhiberent, & quod interim abstinerent, vt ex secundo Edicto pariter exaduerso dato *num.* 2.

§.3. Hæc edicta an sint integra nec ne scire nõ possumus, cum ea authentica non habeamus, sed omnia à parte aduersa in eorũ summario data sunt vt diximus.

§.4. Tertium edictum eadem die 8. contra omnes diocesanos publicatum, ne accederent ad Patrum prædicationes audiendas, aut ad confessiones cum eis faciendas sub pæna excommunicationis, ex quo ipsi Iesuitæ non habebant Iurisdictionem, & erat violatores Sacri Concilij, Decretorum Sacræ Congregationis, & Bullarum Aopstolicarum non habemus, & pars aduersa copiam non dedit, & nescitur quomodo vltra præfata duo Collegia etiam Collegium Veræ Crucis in eadem Diæcesi existen. suspensum fuerit.

§ 5. Admonitus Pater prouincialis Societatis Iesu, qui in Ciuitate Mexicana degebat de hac inopinata suspẽsione Collegiorum re communi-

nicata cum Illustrissimo D. Archiepiscopo Mexicano, ac cum multis Theologis, & Doctoribus tam Regularibus quam Secularibus de eorum consilio pro defensione suorum Priuilegiorum deuenit ad Electionem Conseruatoris, & consultatio super hoc negotio facta subscribitur à 96 Magistris, Doctoribus, ac Licentiatis, Secularibus, & Regularibus, & datur in necessarijs *num*.3.

§.6. Nominatis igitur in Conseruatoribus Patribus Ioanne de Pareda Priore Conuentus S. Dominici, & Augustino Godinez definitore Capituli Generalis ordinis Prędicatorum: ipsi In primis declararunt se esse Iudices competentes, quia habent omnia requisita iuxtà Bullas Apostolicas, & Constitutiones in illis Regnis vigentes, & quia sunt inter tres dietas acceptarunt Iurisdictionem, & postea visis, & consideratis iuribus pro parte Societatis exhibitis super facultate ipsis Iesuitis Apostolica authoritate concessa confessiones audiendi, & prædicandi non solum in eorum Ecclesijs, sed etiam in plateis &c. qua violenter spoliati fuerunt ab Episcopo Angelorum, seù illius Prouisore per edicta dierum 6.& 8. Martij tempore quadragesimali notificarunt ipsi Episcopo, & Prouisori, ac præceperunt illi, vt reuocaret dicta decreta, & restitueret Patres in eorum pacifica possessione, ac exercitio.

§.7. Similiter intimarunt eisdem, ac præceperunt recuperari omnes libros impressos, aliasque scripturas priuilegijs Patrum contrarias. Imò etiam notificari præceperunt alijs Episcopis Regni, ne tales libri, & scripturæ in præiudicium Patrum circumferantur sub pœna bis mille ducatorum quoad Episcopum, & excommunicationis quoad Prouisorem, & alias prout latius in petitione à Patre Prouinciali facta coram eisdem Conseruatoribus quæ datur in necessarijs *Sum. num*. 4. & in eorumdem Conseruatorum Edicto sub die Aprilis 1647. dato in copia ab eisdem Aduersarijs in nostro *Summ. num*.5.

§.8. D. Episcopus Aduersarius non paruit Edicto Conseruatorū, sed recursum habuit ad Viceregem instans per eum Conseruatores ab eorum iurisdictione impediri, eapropter Vicerex adhibito Assessore Generali, & auditis partibus dixit, Conseruatores posse vti iurisdictione sibi attribuita circa spolium, & iniurias Patribus Societatis illatas; cæterum de facultate concionandi, & Confessiones audiendi ipsos Conseruatores non debere quicquam decernere, vt ex eius decreto *Summ. num*.6.

§.9. Non obediuit Episcopus, sed contumax etiã effectus cæpit procedere contra ipsos Conseruatores, ac ipsos declarauit incurrisse in excommunicationem Bullæ in Cæna Domini, & declarauit non esse eorum Edicta seruanda, vt ex illius edicto die 6. Aprilis 1647. quod datur in necessarijs *num*.7. ob cuius contumacias, & in Iudices Apostolicos

iniurias iniurias, fuit ipse ab eisdem Conseruatoribus declaratus excommunicatus. Et quia Episcopus, & eius Promotor non cessabant libellos, & scripturas contra priuilegia, & famam Religionis disseminare, & diuersa scandala inde oriebantur, & dissensiones Populorum, itaut aliqui etiam prorumperent in verba temeraria, & hæreticalia. Ideò Tribunal S. Officij ad negotium apposuit manum.

§. 10. Inquisitores igitur generales contra hæreticam prauitatem Indiarũ videntes libellos scriptos pro defensione Episcopi Angelorum contra Societatem Iesu, & eius Conseruatores esse in magnum vilipendium dictarum Religionum, cum scandalo Populorum. Ideo prohibuit omnes præfatos libellos contra Iudices Conseruatores euulgatos, & de cætero prohibuit similes imprimi, vel exuulgari, & mandauit omnes præfatos libellos tam scriptos quam impressos ad Tribunal deferri; ex his enim oriebantur contentiones, & disputationes etiã inter personas idiotas super validitate Sacramenti Pœnitentiæ super facultate excommunicandi, super obseruantia litterarum Apostolicarum, in quibus variæ temerariæ, & etiam hæreticales propositiones proferebantur, vt apparet ex edicto eiusdem Tribunalis sub die 8. Maij 1647. quod datur in necessarijs pro *Summ. num.* 8.

§. 11. His nihilominus non attentis D. Episcopus in sua contumacia perseuerans non cessabat contra Patres Societatis, & illorum Conseruatores, ac alios Regulares procedere, & tumultũ excitatum (vt dicitur) promouere. Vnde Vicerex negocium ad Curiam Regis Hispaniarum transmisit, à quo in Consilio Indiarum fuit ventilatum, & intelligimus pro sedanda commotione Populi ipsum Episcopum ad eãdem Curiam fuisse vocatum, vt etiam oretenus Patres hodie ex illa Curia Romam aduenientes dixerunt, & quatenus opus sit testimonium dare se exhibuerunt.

§. 12. Interim Episcopus transmissis ad Sedem Apostolicam Siluerio de Pineda, & Ioanne de Mugano Sacerdotibus occasione Visitationis Liminum Apostolorum detulerunt secum processum super hac controuersia sine citatione partis ad perpetuam rei memoriam ab ipso Aduersario, vt intelligimus compilatum, & eo præsentato EE. VV. absque communicatione partis prætendunt ex eo declarari Patres Societatis non potuisse eligere præfatos Conseruatores, nec ipsos potuisse contra Episcopum procedere, & petunt resolutiones diuersorum dubiorum hanc materiam tangentium.

§. 13. Datis autem super hoc diuersis hinc indè memorialibus, & factis iam coram EE. VV. duabus Congregationibus licet nostra pars non possit fundare factum sine legitimo Processu in Curia Matriti existente, & licet non viderit etiam prætensum Processum exaduerso figuratum nihilominus ex prædictis has conclusiones tueri posse confidit.

Primo, Patres Societatis potuisse pro defensione suorum priuileg.
& pro propulsandis iniurijs eligere Conseruatores.
Secundo, Conseruatores electos fuisse legitimos,& competentes.
Tertio, eosdem legitimè, & iuridicè contra Episcopum, & illius Prouisorem processisse;
Quarto, Ex his aliquo modo patere responsionem ad dubia exaduerso excitata, & etiam ad dubia pro parte nostra proposita.

§.14. Quoad primum Conseruatores Regularibus, vel alijs à Sede Apostolica conceduntur contra eos, qui inferunt molestias, & iniurias super bonis, aut iuribus eorum ad effectum, vt ipsos à dictis iniurijs, & molestijs tueantur, ac defendant, & in possessione, seù quasi bonorum rerum,& iurium suorum manuteneant, & conseruent, nec super illis eos molestari permittant, vt colligitur ex *Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de reformat.*

§.15. Nec talis facultas Conseruatorum sublata est per Gregorium XV. in Constitutione, quæ incipit; Sanctissimus, in qua videtur restringere facultatem Conseruatorum solum quando Regulares trahuntur non quando trahunt, quia Sacra Congregatio Concilij anno 1624. respondit eiusmodi verbis minimè sublatam esse facultatem quam habebant Conseruatores defendendi Regulares à manifestis iniurijs, ac violentijs dummodo obseruent formam præscriptam in *Constit. Innocentij IV. & Bonifatij VIII. relatam c. 1. & c. fin. de off. delegat. in 6.*

§.16. Si ergo probabimus Episcopum molestiam, & iniuriam super bonis aut iuribus Societatis intulisse, ac eorum possesione vel quasi eos priuasse; erit probatum ipsos Patres iure ac legitime Conseruatores pro eorum defensione, & manutentione elegisse.

§.17. Hoc autem clarissimum est ex ipsis Edictis Episcopi Aduersarij ex datis,& in primis ex relatione sui Cancellarij dixit Patres ipsos a tribus annis non petijsse licentiam confessiones audiendi, & concionandi,& præcipit dictas, licentias exibere, & interim à ministerijs cessare in quo multæ sunt inuiriæ.

§.18. Primo quia Patres poterant habere licentiam confessiones audiendi, & concionandi etiam si de illis in Cancellaria non constaret spatio triũ annorũ, quia potuerut habere ante illos tres annos vel oretenus in illis tribus annis, vel per Epistolas, & alia documenta ante, vel in illis tribus annis, vel ab eius Antecessore, vel ex proprijs priuilegijs societatis, vel ex priuilegijs à summis Pontificibus pro illis Regnis concessis, vel de iure communi vt de eorum facultatibus quas de facto habebant ex omnibus istis capitibus sigillatim dicemus Vndè cum de facto priuauerit omnibus istis priuilegijs, licentijs, & confessionibus ex hoc solum quod de illis in actis Cancellariæ per tres annos licentia non appareat, sequitur quod ipsos eorum priuilegijs de facto spoliauit, & sic

in

iniuriam intulit ac perconsequens contra huiusmodi spolium, & iniuriam Patres legitime ad electionem Conseruatorum procedere potuerunt.

§.19. Secundo est iniuria, quia si Episcopus dat illis terminum 24. horarum ad exhibendum licentias, & priuilegia interim ipsos priuare non poterat, vti priuauit pręcipiendo vt abstinerēt ab exercitio ministeriorum vti patet ex Edicto dato, sed debebat expectare terminum præfixum 24. horarum ad huiusmodi priuilegia exhibenda, & non poterat incipere à suspensione, & condamnatione ipsis inauditis, & indefessis contra omne ius humanum, diuinum, & naturæ.

§.20. Tertio quia vnico contextu non poterat tria, vel duo Collegia insignia suspendere non solum per decretum contrarium Sacræ Congregationis die 20. Nouembris 1615. quod datur in *Summ. num.* 10. sed etiam per rationem illius decreti, quia inuerisimile est, quod in integro Collegio, aut pluribus non reperiatur aliquis vir bonus, & probus, & quia huiusmodi suspensio totius Collegij non sine magno scandalo fieri potest.

§.21. Hoc decretum fuit confirmatum per Breue Vrbani Octaui de anno 1625. & cum non possit Episcopus priuare totum vnum Collegium, etiamsi subesset causa aliqua inconsulta Sacra Congregatione per hoc tenent *Lezana tom. 2. qq. regular. c. 19. num. 9. & alii*, quod religiosi sic suspensi non tenentur obedire, & suadent illa verba *nullo pacto*, quæ important idem quod nulla ratione *glos. in l. Pupillares vers. nullo pacto ff. quæ in fraudem creditorum*, & trahitur etiam ad non specificata *Barbos. in tract. de clauf. clauf. 92. num. 4. & in tract. de dictio. dict. 228. num. 6.*

§.22. Nec obstat quod in illis Regnis remotissimis possit adesse causa sufficiens, quæ opportunè ad Sacram Congregationem, non posset referri vt non obseruatio interdicti &c quia huiusmodi causa fuit ponderata in præfato decreto, & excepta in casu quo Ordinarius particularem à se approbatum suspendere vellet, ex quo infertur, quod cum in eodem decreto dicatur *nullo pacto* posse suspendi integrum Collegium, hæc etiam non fuit reputata sufficiens.

§.23. Et nihilominus quatenus Sacra Congregatio, & Sua Sanctitas istud decretum pro illis partibus suspendere vellet non per hoc sequitur quod illo antea non suspenso potuerit Episcopus maxime sine causa totum vnum Collegium, aut duo, vel tria vnico Edicto suspendere quod cum fecerit ab iniuria saluari non potest.

§.24. Idem iudicium est de suspensione totius Collegij a prædicatione, quia militat eadem ratio scandali &c. *ad l. Illud §. 1. ff. ad l. Aquiliam. gloss. in c. 1. ver. Italia vers. in contrarium de tempor. ordin. lib. 6.* vbi quod etiā intelligitur non extensiuè, sed comprehensiuè, quia per eamdem ratio-

tio-

tionem in eadem lege comprahenditur. Nec obstat quod quoad pænalia fallat, vt ibi *ead.gloss.* quia hoc decretum non est pænale, sed imò fauorabile non solum Religionibus, sed etiam bono publico fidelium, & habemus exemplum de damnis, & malis quæ patitur hodiè tota illa Diæcesis ob non obseruantiam huius decreti.

§.25. Quarto quia est iniuria reuocare licentiam sine causa ab ipso Aduersario concessam ex decreto eiusdem S.Congregationis, & iuri consonat, quia Pius V. in Bulla 41. tom. 2. prohibet Ordinarijs Regulares semel approbatos iterum examinare tam ad prædicationes, quam ad audiendas confessiones.

§.26. Et sunt authores Classici, qui dicunt Ordinarium non posse suspendere Regularem a se approbatum, nisi ex causa de qua constare debet *Suarez 3.par.tom.4.disput.28.§.8. Cardinalis de Lugo de pænit. disp.21. num.64. & alii.* Immo adsunt decreta Sacræ Congregationis quibus declaratur Episcopum nō posse Regularibus concedere licentiam limitatam quoad locum, vel personas, *vt in Summ. num.* 10. ex quibus sequitur quod si semel approbatus non debet iterum approbari, minus sine causa potest suspendi.

Et adest declaratio Sacræ Congregationis confirmata ab Vrbano Octauo in Breui relato apud Carpensem, in qua hæc habentur Plebanus semel examinatus ad Confessiones audiendas non subest amplius examinati Episcopi: neque Regulares semel examinati, & approbati subsunt amplius examini Episcopi.

§.27. Cum igitur Patres possint ostendere, & probare, vt probarunt in processu coram Conseruatore aliquibus ex ipsis fuisse concessam facultatem ab ipso aduersario oretenus; aliquibus per Epistolas; vni saltem per patentem dubio procul non poterat omnes, maximè non subsistente causa, priuare, quod cum fecerit non sine iniuria Patrū fecit.

§.28. Quinto, quia talis suspensio fuit præpropera nimis angustissimo termino, & multiplicatis tam breui termino edictis, illisque publicatis affixis, & impressis, & in illis multis contra bonam famam, & opinionem Societatis diuulgatis.

Et scimus quod secundum leges non debent Iudices præcipitare Consilia, & ordinem corrumpere *c.Panderet dist.*51. sed ponderare sermones, ac benè sententias rimari, vt præscribitur in *l.Hac lege C.de sent. ex breuic. recitand.* nimia enim præcipitatio ad iniustitias conducit exemplo Theodosij *c.cum apud* 11. *q.*3. Vndè Iudex maximè Ecclesiasticus in causis spiritualibus, & tanti momenti debet sententias maturè, & deliberatè pronunciare, & causam eo modo, & forma expedire quibus docet textus aureus *in c Deus Omnipotens* 2. *q.*1. cum igitur Episcopus sic præcipitanter processerit ab iniustitia, ac nullitate, & per consequens ab iniuria excusari non potest, ad tradita per *Vantium*

quid

quid sit nullitas ad fin. & ex defectu processus num. 33. & 69. & Gonzal. Glos. 45. num. 79.

§. 29. Sexto, quia secundum decretum adhuc est magis iniuriosum, dum declarat illos sine iurisdictione pœnitentes absoluisse, Sacro Concilio Tridentino, & Bullis Pontificijs contrauenisse, & in illos sententiam protulit excommunicationis, non seruatis terminis, nec alijs de iure seruandis, imò nec legitime citatis, aut intimatis, quia intimatio solis Rectoribus facta est, vt cantat primum edictum, vnde ad omne peius soli Rectores excommunicari potuissent.

§. 30. Septimo quia iudiciũ non incipit a sententia, & declaratione, & Episcopus in primo edicto suspendit Patres vsquequò licentias exhiberent, in quo ipsos grauauit, & iniuriam affecit non secus, ac si reperto Regulari habitum regularem gestante diceret ostende litteras patentes quod Regularis sis, & interim ipsum expoliaret, & possessori Domus diceret, ostende titulum tuæ possessionis, & interim Domo excluderet.

§. 31. Octauo, quia prohibuit Regularibus prædicare in eorum Ecclesijs, & propter hoc illos puniuit, & excommunicauit, quod saltem sine causa facere non potuit. Nec obstat Concil. Trid. sess. 24. c. 4. quod Regulares contradicente Episcopo prædicare non possint, quia hoc intelligitur quando prædicant eadem hora qua Episcopus prædicare vellet ex Bulla Pij V & si mendicantium, ibi, *Nos igitur motu proprio, & ex certa scientia declaramus canonem sess. 24 cap. 4.* per quem omnibus regularibus etiam in Ecclesijs, quæ suorum ordinum sunt contradicente Episcopo officium prædicationis interdicitur Mendicantium Fratres non comprehendere imò volumus quod absque contradictione Episcopi (nisi ipse prædicauerit) prædicare possint, & adsunt super hoc diuersæ Sacræ Congregationis declarationes, & quotidianus vsus, ac stylus.

§. 32. Quod si dicatur Episcopum hoc posse ex causa, conceditur, sed de causa constare debet, & causa debet esse concernens munus prædicandi sicut non potest priuare facultate audiendi confessiones nisi ex causa ad dictas Confessiones spectante.

§. 33. Causæ autem spectantes ad munus prædicationis reducuntur ad sex quarum tres exprimuntur in Concilio Lateranense sess. 11. Prima si prædicarent miracula falsa. Secunda Prophetias sine fundamento Sacræ Scripturæ. Tertia si è suggesto iniuriarent Episcopum, vel Superiores, alię tres exprimuntur in Concil. Trid. sess. 5. cap. 2. si prædicarent propositiones erroneas. Secunda, scandalosas. Tertia, hæreticales, vt doctè *Pater de Bellis in sua defensione regular. corrolario 4. fol.* 42. Cum igitur nullas ex his causis adduxerit Episcopus, nec adducere possit sequitur quod illos iniuriauit, & graui nota grauauit, priuando illos

eorum

eorum priuilegiis pro prædicando verbo Dei ex eorum proprio instituto a Sede Apostolica approbato.

S.34. Iustificantur huiusmodi iniuriæ. Primo quia ex confessione Episcopi in edicto die 6. Aprilis 1647. *in Summ.nu.7.* Pater Ioannes Velasquez habebat litteras patentes in Cancellaria, ergo hic saltem debebat in primo edicto excipi.

S.35. Secundo, quia diuersi habebant licentiã oretenus ab Episcopo, vt in processu coram ipsis Conseruatoribus, per testes, fides, & iuramenta dictorum Patrum apparet maximè fol. 24 non est autem necessariũ, quod licentia sit in scriptis, per adducta à Cardinali de Lugo *de pœnitent. disputat.* 21. *cap.* 1. *num.* 26. *Lezana tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 10. & aliis quia Concilium iniungit solum, quod petatur approbatio, & omnis facultas verbis potest concedi, nisi lex requireret scripturas, ad actus valorem, *ex glos. receptissima cap.* 1. *verbo in scriptis de censibus in* 6.

S.36. Tertio, quia aliqui habebant licentiam, per Epistolam missiuam ipsius Episcopi, vt patet in eodem Processu à fol. 24 ad fol. 31. fol. 43. adsunt litteræ patentes. pro Patre Ioanne de Aualos, cui concedit etiam Casus reseruatos, eod. fol. litteræ patentes pro Patre Aloysio Legargi fol. 44. adsunt duæ Epistolæ Episcopi inter quas vna est pro prædicatione P. Petri Nauarri, & alibi aliæ Epistolæ fides, & documenta aliorum.

S.37. Quarto, quia aliqui habebant licentiam ex concessione, & permissione tacita sex annorũ, & sicut tacitus consensus præsens, & sufficienter indicatus confert iurisdictionem, per multos, quos allegat *Diana par.* 3. *tit.* 4. *resol.* 68. sic sufficiet ad conferendam approbationem.

S.38. Quinto, quia aliqui fuerunt eiusdem Episcopi confessarij, vt Pater Laurentius Lopes, P. Augustinus de Leiua, & alij eod. processu intrà fol. 24. & 31.

S.39. Sexto, quia aliqui habebant licentiam ab antecessoribus ipsius Episcopi, vt P. Saluator Paxcales, Pater Aloysius de Sosa, Pater Io. Mendez, vt in processu fol. 24. & est opinio *Armilla ver. absolutio num.* 23. & aliorum, quod successor non potest examinare approbatos à suis antecessoribus, & licet opinio contraria sit communiter nihilominus vtraq. opinio conciliatur, per *Villalobos tom.* 2. *tit.* 9. *diffic.* 53. *num.* 5. dicens tunc successorem posse examinare ab antecessore approbatos, quando faciat hoc ad satisfaciendum propriæ conscientiæ, quia illos reputat non esse idoneos, quod certè in duobus Collegijs, per sex annos tolleratis non potest verificari.

S.40. Nono, quia omnes ab aliquo ordinario erant approbati, & in vtraq; India adest priuilegium propriũ Societatis, quod approbati ab aliquo Ordinario non teneantur se amplius præsentari alteri Ordinario, quod Priuilegium concessit Gregor. XIII. *& datur in summ. nu.* 9. & confirmauit

mauit Gregor. XIV. & perpetuauit Paulus V. & Patres Fuerunt à 60. annis in pacifica possessione huius priuilegij sicut, & existunt scientibus, & consentientibus omnibus vtrarumq. Indiarum Præsulibus, & sciente, ac consentiente, per sex annos ipso Episcopo aduersario.

§.41. Non obstat, quod dictum Priuilegium videatur limitatum ad loca, in quibus nō adest ordinarius, per illa verba, vbi non est Inquisitio, & fideles inter infideles degunt, neq. ordinarij sunt huiusmodi facultatē habentes, supplicatur enim animaduerti quod in illis litteris Summus Pontifex diuersa confert priuilegia, quæ sunt inter se diuersa. Primum absoluendi à casibus in Bulla Cœnę contentis. Secundū prædicandi, & absoluendi à peccatis cum semel ab aliquo ordinario approbati fuerint, & alia similia. Illa igitur limitatio, vbi non est Inquisitio, vel ordinarius, refertur ad facultatem absoluendi à contentis in Cœna nō autem ad petendam denuo licentiam, &c.

§.42. Probatur hoc quia non dicit simpliciter, vbi non sunt ordinarij, sed addit huiusmodi facultatem habentes, sed sic est, quod omnes ordinarij habent facultatem approbandi, sed non omnes habent facultatem absoluendi à casibus in Bulla contentis, ergo illa limitatio cadit tantum super dictis casibus, & sic in illis locis in quibus ordinarij non habent facultatem absoluendi à casibus in Bulla Cœnę, Patres habent ipsi hanc facultatem, in illis autem, vbi ordinarij habent hanc facultatem, illam Patres non habent.

§.43. Probatur secundo, quia certissimi iuris est; quod clausula præcedens, aut subsequens non refertur ad subsequentia, vel prçcedentia, quando orationes sunt diuersæ, & separatę multoq. fortius quando militat diuersa ratio, *Bartol. in l. talis scriptura §. fin. ff. de legatis primo, & alij quos refert Marta de clausulis 4. parte clausf. 24. num. 4. & 5. & clausula 25. num.* 5. in causa autem nostro diuersæ sunt orationes, & earum est diuersa ratio, quia vbi sunt Inquisitores, & Episcopi, qui habent facultatem absoluendi à reseruatis in Bulla, non est necessarium dare facultatem Patribus Societatis, quia Populo possunt habere recursum ad illos, at vbi non sunt ordinarij, vel Inquisitio, vel vbi ordinarij, aut inquisitores non habent facultatem absoluendi à dictis Casibus talis facultas datur Patribus. Hæc autem ratio non militat in approbatione, in altare portatili, & alijs facultatibus in secūda parte breuis Patribus concessis, quia nihil facit ad approbandum, quod sit, vel non sit in loco Inquisitio, vel quod ordinarij habeant, aut non habeant facultatem absoluendi à reseruatis.

§.44. Probatur tertio, quia clausula posita in medio capituli non refertur ad alia idem *Marta in citata quarta parte clausf. 23. num. 21. & clausula 24. num.* 7. hic autem clausula est in medio, vt patet.

§.45. Probatur quarto, si hæc clausula omnia in Breui contenta limitaret

 seque-

sequeretur, quod Patres, vbi est Inquisitio, vel vbi sunt ordinarij in Ecclesijs seù oratorijs Societatis non possent Missa celebrare, neque vti altare portatili, neque celebrare per horam ante diem, & per horam post meridiem, neque vti alijs diuersis priuilegijs in illo breui Societati concessis, quod ab aduersario, nec ab vllo vnquam fuit controuersum.

§.46. Probatur quinto, quia si semel approbatus absq. alia approbatione confiteri posse solum intelligitur, vbi non est ordinarius, priuilegium est elusorium, quia implicat in adiecto, in locis enim, vbi non sunt ordinarij non potest peti vlla approbatio, seù approbationis confirmatio.

§ 47. Probatur sexto ex vsu, obseruantia, & consuetudine, quæ est optima priuilegiorum Interpres, quod est vulgatum, & docet *Miranda in directorio Prælator. tom. 2. q. 44. art. 4.*

§.48. Nec obstat, quod illud Breue sit temporale ad annos solum 20. & confirmatio etiam Gregorij XIV. sit temporalis ad alios annos 20. quia antequam illi elaberentur, per Paulum V. illud priuilegium fuit perpetuatū de anno 1606. per verba amplissima quibus priuilegia omnia Religionis confirmauit reseruata solum mitigatione eorum in terminis Constitutionis Leonis Vndecimi circa decimas Legionis, & Castellæ.

§.49. Decimo, quia Iesuitæ habent priuilegia propria Gregorij XIII. & aliorū Pontificum, quæ longum esset recensere, quæ circa confessionem, & prædicationem amplissima sunt, nec videntur reuocata, per Concilium Tridentinum, vel saltem, quæ reuocata essent videntur re concessa à Paulo V. de anno 1606. in citata Bulla, quæ incipit quantum Religio in qua confirmantur priuilegia Societatis, cum clausulis amplissimis, vt diximus, & quia consonant viuæ vocis oraculo Pij V. In quo eisdem Patribus confirmantur priuilegia reuocata, per Concilium Tridentinum, quod viuæ vocis oraculum prætendi etiam potest dici debere Bullam, per illam Bullam Pauli V. ac per consequens non comprehensam in reuocatione generali huiusmodi oraculorum facta per Gregor. XV. & Vrbanum VIII.

§.50. Vndecimo hæc iniuria patet, quia Patres erant in quieta, & pacifica possessione, per 60., & vltra annos prædicandi, & confessiones audiendi etiamsi ab vno tantum ordinario essent approbati scientibus, & consentientibus omnibus Indiarum Episcopis. Vndè non poterant hoc priuilegio expoliari, etiam lite pendente, vt docuit *Panormitanus in c. 1. vt lite pendente ex textu expresso in c. 7. cum persona de priuilegijs in 6.* ibi libertatis, vel exemptionis possessione, &c. non turbentur.

§. 51. Nec iuuat aduersarium allegare, quod priuilegium forte esset dubiosū, quia stante dicta possessione, & tot Episcoporum consensu, & tot

acu-

auctorum sententiis,& opinionibus etiamsi non esset clarum, & verè esset dubiosum nihilominus ab ipso Episcopo non poterat interpretari, vt egregiè docuit *Rodericus quaest. regular. q. 63. art. 7§. & in fauorem,* quia alias esset Iudex in causa propria contra *l. vnicam C. ne quis in sua causa* imò cum Patres Benedictini ab Alexãdro VI. de anno 1501 obtinuerint, quod quatenus priuilegia essent dubia semper deberent interpretari ad fauorem eorum, hoc priuilegium per communicationem competit Patribus Societatis, vnde quatenus priuilegia dubia fuissent, & Episcopus illa interpretari voluisset ad fauorem Societatis, & non cõtra illam ipsa interpretari debebat, quod si non poterat contra Societatem priuilegia interpretari, quomodo potuit illis eam priuare sine iniuriam?

§. 52. Obijcit Episcopus Patres Societatis, dum requisiti fuerunt debuisse priuilegia exhibere. Respondetur ex dictis non potuisse, nec debuisse.

Primo, quia cum essent spoliati antea debebant restitui ex vulgatis, nec poterant dissimulare spolium, & iniurias contra propria priuilegia, *per textum in cap. quam periculosum 7. q. 1. cap. placuit, & seqq. 11. q. 1. c. cum tempore de arbitris.*

Nec poterant Patres renunciare eorum exemptioni, nam hoc priuilegium non est personale, sed toti communitati concessum, vt *Lezana tom. 1. cap. 11. num. 5.* Imo si renunciarent cederent in praeiudicium Sedes Apostolicae, sicut esset praeiudicium Episcopo si Clericus à Laico permitteretur iudicari *c. significasti de foro competenti.*

§. 53. Secundo, quia particulares Patres non poterant sine licentia Prouincialis in negocio, tam praeiudiciali se subiicere iurisdictioni Episcopi. Hoc enim esset consentire in Iudicem incompetentem, per adducta à citato *de Bellis in citata defensione conclus. 5. fol. vlt.*

§. 54. Tertio, Quia Episcopus dicebat illos Concilij Tridentini Fractores, & nihilominis hoc non est contra Concilium Tridentinum, quia Concilium Tridentinum disponit, quod nemo confessiones audiat nisi approbatus ab ordinario, & Patres hoc non negant, sed dicunt, quod quãdo sunt ab vno ordinario approbati vigore praefatorum priuilegiorũ non tenentur ab alio petere approbationem, praeter quam quod Concilium loquitur solum de confessarijs saecularium, & Episcopus loquitur absolutè, vt in eius primo decreto apparet.

§. 55. Imò sine priuilegiis taliter Concilium etiam ab aliis solet interpretari; sicuti enim Doctores omnes conueniunt, quod sine approbatione ordinarii, nullus Regularis saeculares absoluere possit, sic in declarando, quis nam sit hic Ordinarius non conueniunt; alii enim dicunt Ordinarium quemcumque, alii Ordinarium loci, alii Ordinarium Confessarii, & alii Ordinariũ Poenitentis videatur *Auersa de poenitentia*

 q. 16.

q.16. vbi singulorum opiniones ponit & fundamenta.

§.56. Item confessarium semel approbatum posse vbique confessiones audire virtute Bullæ, vel Iubilæi, vel ex delegatione Parochi tenuerunt multi, videatur *Diana par.1. tit. 11. resolut.7.* & Ioannes Valerius adducit quasdam declarationes Cardinalium, & Enriquez asserit sic censuisse quosdam Prælatos, qui in Tridentino Concilio interfuerunt.

§.57. Accedit quod Regularis, qui iurisdictionem habet immediatè à Pôtifice ad satisfaciendum Concilio Tridentino, sufficit quod semel tantum ab vno ordinario sit approbatus, vt post multos dixit *Castro Palaus de panit. tit 23. disput 1. par. 1. par. 10.* § 4. *num.*4.

Et in his terminis Bullas Gregorij XV. & Vrbani VIII. intelligunt *Ludouicus Celotius lib.5. Hierar. cap.25. Stephanus Banni. in Theolog. mor ali par. 1. tit. 4 quæst.4. Ioannes Præpositus 3. par quæst.8. de pœnit. dub.4.* & putant dictas Bullas reuocare solum praxim Tridentino contrariam, qui etiam affirmat talem consuetudinem vigere in Belgio.

§.58. Et quatenus Patres absoluerent vigore Priuilegiorum Apostolicorum, & auctoritate sibi à Summis Pontificibus concessa non possint declarari nulliter, & inualidè absoluisse per *D. Thomam opusc.19. cap.4.* & videtur hoc condemnatum per *Extrauag. Io. XXII.* Vas electionis de Hæreticis, vbi damnatur opinio Ioannis de Polinio, qui dicebat quod confessi Fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenerentur eadem peccata confiteri proprio Sacerdoti, & per Bullam Sixti IV. inhærendo diuersis prædecessoribus de anno 1472. quæ incipit *Vniuersalis Ecclesia.*

§.59. Quarto non exhibuerunt quia in illo tam breui termino ad manus ista priuilegia nō habebant: & quid mirū si in illis Regnis remotissimis Patres non habuerunt ad manus omnia hæc priuilegia si nos qui sumus in Curia à tribus mensibus quærimus Breue Vrbani VIII. suspensiuũ nꝰ litterarum Gregorij XV. & nondum illud adinuenire potuimus.

§.60. Quinto non exhibuerunt quia multa ex his priuilegijs erant, & sunt in corpore Iuris, alia in Bullario, alia in viridi obseruantia, & benè extraiudicialiter ipsi Episcopo nota qui per sex annos illis acquieuerat, & vltra expressum, implicitum etiam illis consensum præbuerat.

§.61. Contra hæc, & huiusmodi priuilegia allegat Episcopus aduersarius Bullas Gregorij XV. de anno 1623. & Vrbani VIII. de anno 1625. in quibus priuilegia regularium circa exemptiones moderantur. Respondetur Bulla Gregorij XV. duas recipit limitationes apud Cherubinum, primo quod intelligatur solum de Regularibus non exemptis, & has declarationes affert etiam Cardinalis Bellarminus in declarationibus Concilij fol.37. sed quicquid sit de hoc, clarum est hanc Bullam ad instantiam Philippi IV. pro Regnis Hispaniarum petente Duce de Pastrana illius Oratore ab Vrbano VIII. de anno 1625. fuisse suspensam,

Hoc

§.62. Hoc Breue Vrbani ponitur per extensum ab Antonio de Hynoiosa in directorio *decis. Regul. ver. Confessarius, §. In nomine sanctissima*, & allegatur à *Lezana in summ. quæst. regul. tom. 1. cap. 10. num. 35. & ab Augustino de Bellis in tract. pro defensione regulariũ in Hispanijs composit. fol. 2.*

§.63. Et licet non habeamus originale, & dicatur priuilegia Apostolica per solam ostensionem probari *ad l. si quis C. de mandat. Principium*; nihilominus cum simus in Curia vbi priuilegia sunt notissima, & habemus authores qui etiam sunt Testes oculati, qui eam viderunt nempè Patres Lezana, & de Bellis homines viri integri, & in hac Curia degentes non est opus aliqua dubitatione, & habemus simile pro Regno Portugalliæ ab eodem Catholico Rege de eodem anno 1625. obtento, quod datur pro *Summ. num. 12.* quis negabit hoc pro Castillia, & cæteris Regnis Regem Catholicum non petijsse non impetrasse?

§.64. Bulla vero Vrbani VIII. vltra quod non est adhuc promulgata in illis Regnis, vnde intrat *l. leges. C. de leg. & doctrina S. Thom. 1. 2. quæst. 90. art. 4.* quod etiam Doctores extendunt ad leges Pontificias allegat. à *Diana par. 1. tit. 10. resol. 8. par. 5. tit. 4. res. 25.* Non facit ad casum nostrum, quia ipse reuocat licentias regularium audiendi confessiones in terminis Concilij Tridentini, aliqui enim prætendebant audire confessiones sæcularium, cum sola licẽtia suorum Superiorum regularium, quod est contra dictum Concilium Tridentinum, & hoc prohibet Vrbanus, & non est noster casus; verum quod qui semel admissus est ab Ordinario, debeat iterum alteri Ordinario sisti, hoc non disponit Concilium, & hic est casus noster.

§.65. Et in his terminis aliæ similes Constitutiones diuersorum Pontificũ emanarunt, vt illa Pij V. 9. Augusti 1571. in qua declarat Regulares etiam si sint Magistri non posse confessiones audire sine approbatione Ordinarij, & illa Clementis VIII. 7 Decembris 1604. in qua declarat Regulares cum sola licentia suorum Superiorum non posse confessiones audire, sed requiri ordinarii approbationem, qui locus intelligitur in terminis Concilij Tridentini vt diximus, & quatenus Bulla Vrbani intelligeretur de Ordinario Diœcesano, & moderarettur priuilegia Regularium hoc posset intelligi de priuilegijs generalibus, non autem de specialibus qualia sunt priuilegia Indiarum, vt dixit *Alphonsus de Leone tit. de officio Confessarii tom. 2. resol. 10. num. 56.*

§.66. Duodecimo probatur hæc iniuria ex eo, quod non solum Iesuitæ, sed omnes Regulares sunt inquieta, & pacifica possessione concionandi, & Sacramenta administrandi in omnibus Regnis Americę quando semel sunt ab aliquo ordinario approbati vigore litterarum Pij V. san. mem. ad instantiam Catholici Regis Philippi II. de anno [illegible] emanatarũ prout in Bullario tom. 2. & est Constitutio 34. in ordine quam confirmauit Clemens VIII. per suum Breue datum sub die 2. Ianuarij 1597. & datur

datur in necessarijs prædicto *Summ.num.*13. & fuit renouata per Vrbanum VIII. die 17. Martij 1634. eodem *Sum.num.*14.

§.67. Et sanè habet verisimilitudinem, quia cum illa priuilegia facta sint in fauorem fidei pro illis Regnis remotissimis non videntur Summi Pontifices voluisse illa priuilegia moderari per generales clausulas, nec per solam promulgationem Romæ factam, & verisimiliter in illo nouo Mundo incognitam.

§.68. Consonat ratio qui in ambiguis religionum quæstionibus summa ratio est, quæ pro religione facit *ad text. in l. sunt persona in fin. ff. de relig. & sumptibus funerum.*

§.69. Accedit quod priuilegia regularium, cum non sint ob particulares religiosos, sed pro toto corpore Religionis habentur perinde ac si essent leges, & in corpore iuris inserta sic *Sanchez. de matrimonio lib.8. disput.1. num.13. Enriquez. & ab eo adducti lib.7. de Indulgent. cap.22. num.3. & cap 24. num.4.*

§.70. Et priuilegia regularium sunt, vt plurimum remuneratiua ob labores, & merita in beneficiũ vniuersalis Reipublicæ Christianæ, & ideo non tolluntur ordinariè cum derogationibus generalibus per adducta *à Lezana tom.4. verbo priuilegia regularium num.*20.

§.71. Quod facilius admitti potest in priuilegijs Societatis ex concessione Greg.XIII. de anno 1573. qui in Bulla Conseruatoris, quæ incipit *Aequum* ipsis concessit, quod per quamcumque derogationem eorũ priuilegijs non intelligatur derogatum, nisi tribus distinctis vicibus ipsis Patribus derogatio fuerit intimata & insinuata.

§.72. Accedit quod Bulla Pij V. est concessa ad instantiam Regis Catholici, vt ex eius tenore patet, & pro omnibus regularibus, & pro illo nouo Mundo, vnde sine speciali, & expressa derogatione illi non censetur præiudicatũ ob reuerẽtiã Regum, quæ dignitas à Sede Apostolicâ maximè attenditur per *textũ cap. fin. de delegat. in 6. & similes.*

§.73. Decimotertio constat de iniuria, quia Regulares secundum communem opinionem habent iurisdictionem à iure per *Clementin dudum*, vnde relati à *Lezana tom.5. in mari magno Eremitarum S. Augustini num.4.* tenent Episcopos habere nudum ministerium in approbatione Regularium, cui Clementinæ, cũ sit inserta in corpore Iuris, non censetur per Concilium derogatum, nam de illa debuisset fieri expressa mẽtio, vnde Episcopus non poterat tam acerbè contra illos procedere.

§.74. Decimoquarto: imò quatenus punibiles fuissent, & deliquissent, & obedire noluissent ex sententia multorum non poterant ab Episcopo puniri, sed illorum punitio spectabat ad superiores Regulares, vt deducit *P. Augustinus de Bellis in citata defensione nullitate 2. fol.3.* vbi adducit declarationem Concilij talem. Congregatio Concilij censuit Regulares, qui absque licentia Episcopi prædicauerint in Ecclesijs, quæ

suorum

suorum Ordinum non sunt, tametsi decreto eiusdem *Concilij sess. 5. cap. 21.* contrafecerint non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tãtum à suis Superioribus Regularibus, quod decretum fuit confirmatum ab Vrbano Octauo 13. Maij 1625. pro omnibus Regnis Hispaniarum, vt idem de Bellis ibi adducit, ex quo cessat quærela tantum exaduerso exagerata contra Patrem Legapesi, qui contradicente Episcopo dicicitur in eius propria Ecclesia prædicasse, quia præterquam quod intimatio non fuit illi facta, sed Rectori de tempore quo iam pulpitum ascenderat; Episcopus per hoc illum priuare non poterat, cum ea hora Episcopus non prædicaret ex supradictis.

§.75. Sed etiamsi punire potuisset certè per censuras eos punire non poterat; est enim certissimum, & notorium priuilegium Mendicantium à Summis Pontificibus illis concessum, quod Episcopi, aut alij Prælati non possint per censuras contra ipsos procedere, nisi ex speciali concessione Sedis Apostolicæ, vt aliquando conceditur in Concilio Tridentino sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missarum, & sess. 25. cap. 5. & 6. & quod si aliter facerent eorum processus sunt nulli, & inuali, vt multis probat *Lezana tom. 3. ver. exemptio regularium num. 8. ad text. in cap. 1. de priuilegiis in 6.* Neque hoc potuit Episcopus aduersarius vigore Bullarum Gregorij XV. aut Vrbani VIII. ex supradictis, quod declarat idem de *Bellis loc. cit. Assumpto 3. fol. 4. & 5.*

§.76. Ex his omnibus patet quod pro huiusmodi iniurijs Patres Societatis poterunt eligere Conseruatorē, imò secũdum aliquorum opinionem poterant eiusdem Societatis Superiores per se ipsos ad iniuriam propulsandā procedere etiam extraiudicialiter; videatur *Tamburin. de iure Abbatum tom 2. disput. 14. quæst. 3. & Cespedes in tract. de exemptione Regular. dubit. 317. num. 6.*

§.77. Obijcitur *cap. 1. & cap. fin. de officio delegati in 6.* Vbi Conseruatores possunt tantum à manifestis iniurijs defendere nõ ab occultis, nec ab his, quæ tela indigent iudiciaria. Respondetur istas esse iniurias manifestas, vt patet ex publicatione edictorum, quod si negaret pars iniuriam esse manifestam, vel esse iniuriam; sufficit, quod sit dubium, an iniuria sit manifesta an occulta; an sit iniuria necne, quia ipse Conseruator declarans se iudicem competentem consequenter declarat talem esse iniuriā, & esse manifestam alias semper pars aduersa negaret, & officium Conseruatoris excluderet, vt benè *not. glos. in cit. cap. ver. Conseruatores,* & non solum ab iniuria commissa, vt iniurians satisfaciat, sed etiam à committenda, vt iniurians ab iniuria abstineat *glos. vbi supra verbo defendant.*

§.78. Et in omnem euentum Patres habent pro se præsumptionem, & communem vocem ac famam, habent testimonium Proregis, qui ad fauo-

rem

rem Patrum contra Episcopum pronunciauit, vt patet ex processibus sæpè allegatis, & datur sumus ex eius epistola Reuerendiss. Patri Generali directa, quæ datur pro *Summ. num.* 15. Habent testimonium Archiepiscopi Mexicani, cuius pariter Epistola datur *num.* 16. & aliorum Episcoporum, *vt num.* 17. Habent Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, *vt supra num.* 8. Habent consilium omnium Doctorum de Mexico, *vt num.* 3. Habent consensum omnium aliorum Episcoporum, qui non obstante hac Episcopi contentione Patres in eorum priuilegijs conseruant, & tuentur. Habent consilium Regium Indiarum, & Regem ipsum, ex quibus omnibus non apparet dubia iniuria, sed probatur clarissima etiam sine processu sæpius allegato, in quo omnia euidentissimè probantur.

§.79. Nec subsistit, quod dicit Episcopus, in casu dubitationis eligendos esse arbitros ad formam *Concilii Trid. sess.* 14. *c.* 5. *de reform.* quia ab illa dispositione excipiuntur Conseruatores Regularium, *vt in fine eiusdem capitis apparet.*

§.80. Quoad secundum Conseruatores à Patribus Societatis electos fuisse legitimos, & competentes patet attento *c. fin. de Iudic. deleg. in* 6. In quo in Conseruatores possunt eligi Episcopi, Abbates, seu Dignitates, vel personatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesijs obtinentes. Patres autem præfati obtinent dignitatem, & personatum respectiuè, quia P. Io: de Pareda est Prior Conuentus S. Domisici, Pater autem Augustinus Godinez est Definitor Capituli Generalis.

§.81. Quod Prior Regularis sit dignitas, & capax rescripti Apostolici patet ex *c. Statutum ver. obtinentibus de rescriptis in* 6. & statuitur expressè in *Clemen ersi eodem tit.* vbi Prior conuentualis, idest habens sub se Capitulum, & Collegiatam Ecclesiam licet non esset electus, sed tantum ad nutum dicitur esse in Ecclesiastica dignitate constitutus ad effectum, vt sit capax delegationis Apostolicæ secus esset de priori claustrali, qui non habet Capitulum, vt benè *glos. ibi ver. conuentualem, & clarius glos. in clement. Ne in agro §. cæterum de statu Monachorum*, dicit Prioratus conuentualis est in quo sunt plures collegialiter, & in *c. Nobis fuit ver. conuentuali Ecclesia*, declarat eadem *gloss.* ad constituendam conuentualem Ecclesiam sufficere, quod plures collegialiter viuant, ad *text. in c.* 1. *de elect.* idest quod faciant vnum Capitulum, siuè vnum corpus, iuxta dispositionem *c. Dilecta de excess. Prælat.*

§.82. Definitor quoque est personatus, quia maior est Priore, & vocem habet in Capitulo generali, quia ad delegationem sufficit præeminentia, qua quis præ alijs ditatus est in aliqua Ecclesia vti dixit *glos. in citato c. Statutum ver. præditis de rescriptis in* 6. *& adducit c. quanis de verb. significatione.* Et apparet ex Cõstitutione Clemẽtis Octaui anno 1592. incipit, Sanctissimum, & alia simili Gregorij XV. de anno 1621.

no 1621. quæ pariter incipit, Sanctissimus, in quibus mandata Apostolica talibus delegantur.

§.83. Et quatenus Definitor non haberet dignitatem sufficientem sufficit quod Prior sit sufficiens, quia cum fuerint deputati insolidum sufficit, quod vnus esset capax, nam vtile per inutile non vitiatur *l. 1. §. sed si ff. de verb. obligat. c. vtile 37. de reg. iur. in 6.* quod autem fuerint electi insolidum patet ex petitione Prouincialis supra *num. 4. in illis verbis. in principio*, Parezeo ante Vestras PP. muy RR. ò antes qualquieras de Vestras PP. *& in fine*, à Vestras PP. iuntos y à qualquiera di Vestras PP. pido &c.

§.84. Isti igitur fuerunt Iudices competentes iuxta Sacros Canones, & de iure communi. Non enim obstat Constitutio Gregorij XV. In qua iudices Conseruatores demandantur Synodales in Synodo deputat. quia in illis Regnis iudices Synodales nõ sunt, vndè ad impossibile nemo tenetur *l. si quis in graui in principio, vbi Bart. ff. ad Syllam cũ similibus*, & quando tales non existunt, tunc possunt eligi alij qui habeant qualitates de iure communi requisitas hoc est, qui sint in Ecclesiastica dignitate, vel personatu quales sunt nostri, vt vidimus.

§.85. Sed quod tollit omnem dubitationem Gregor. XIII. in Bulla data 24 Octobris anni 1579. concessit, quod Societas in Indijs eligere possit loco personarum in Ecclesiastica dignitate constitutarum quosuis idoneos, & probos Viros sæculares charactere clericali insignitos non tamen coniugatos, nec propterea dictam Societatem ad certos, & determinatos Conseruatores alligari authoritate Apostolica statuit, ex quibus patet, quod erat liberum Societati eligere Conseruatorem, elegit autem Regulares, quia sæculares illi erant suspecti cum D. Episcopus aduersarius tunc esset Visitator Regius omnes faciliter ad suam partem trahebat, vel saltem illius timore contra illum nemo procedere præsumebat.

§.86. Et Patres Dominicani habent priuilegium a Clemente Septimo, sub die 8. Martii 1533. In quo conceditur illis posse eligere Conseruatores quascumque personas Ecclesiasticas, seculares, & Religiosas etiam in Ecclesiastica dignitate non constitutas dummodo litterati sint, & si non sunt litterati adhibeant Assessores, & in sacris Ordinibus constituti.

§.87. Fuerunt etiam legitimi idest quoad locum, quia licet dicatur *in rit. c. fin. de deleg. in 6.* quod Conseruatores extra Ciuitates, seu Diæceses, in quibus fuerint deputati non posse procedere, hoc non tollit quod licet deputati sint in Ciuitate Mexicana non possint procedere contra Episcopum Angelopolitanum licet alterius Diæcesis, sed tollit quod extrà Diæcesim Mexicanam ipsi non possint locum suæ audientiæ deputare, quod obseruarunt eligentes Cameram P. Prioris in

C Con-

Conuentu S. Dominici Mexicani pro loco Audientiæ.

§.88. Nec obstat restrictio de non vocando extra vnam dietam, quia ex priuilegiis particularibus tam dictæ Constitutioni, quæ est Bonifacii de vna dieta quam Concilio generali de duabus dietis fuit saltem per communicationem derogatum. Habetur vna derogatio ad fauorem Patrum Carmelitarum ex decreto Sacræ Congregationis Concilij Trid. confirmato per Breue Pauli V. quæ adducitur à *Naldo in eius summa verbo Religiosus num.* 48. & hoc cognouerunt, & declararunt Iudices nempè commorari intra tres dietas in eorum edicto *num.* 5. à fine enim Diœcesis Angelopolitanæ à quo terminus dietæ sumitur, *in d. c. fin.* ad Ciuitatem Mexico non sunt tres dietæ, ex quo corruit argumentum aduersariorum, qui metiuntur dietas à Ciuitate Mexicana ad Ciuitatem Angelorum contra formam *dicto c. fin. de Iudice deleg. in 6.*

§.89. Quoad tertium ritè, & legitimè Conseruatores processerunt contra dictum Episcopum, & eius Vicarium, quia primo acceperunt iurisdictionem, & declararunt se Iudices competentes, idque D. Episcopo aduersario notificauerunt, & alia fecerunt vsque ad definitiuam sententiam, quæ de iure facere potuerunt, vt partim patet ex eorum edicto ex aduerso dato partim habemus nos ex traditione nostrorum & apparet in legitimo processu ab eis super his fabricato, & in Europam à Vicerege ad Curiam Regis Catholici transmisso, qui quatenus opus sit mediante Nuncio Apostolico in illa Curia degente poterit Romam transmitti, vel saltem de illius continentia poterunt EE. VV. informari, vt factum fuit in simili causa Valentina, quam Patres habebant annis elapsis cum Archiepiscopo, quæ benignè à Sacra Congregatione Regularium absque offensa Episcopi, & cum decore Religionis fuit terminata.

§.90. Et nihilominus habemus Summarium illius processus de partibus impressum, in quo fol. 6. continetur qualiter declararunt se Iudices competentes a fol. 8. vsque ad 14. continetur Bulla Gregorij XIII. super Conseruatoribus a fol. 15. vsque ad fol. 24. admiserunt petitionem Patris Prouincialis a fol. 24. ad fol. 31. continentur licentiæ quas habent Patres Societatis illorum Collegiorum confessiones audiendi. Inde vsque ad fol. 80. per Testes ritè examinatos probatur consuetudo pacifica totius Regni cum consensu, & applausu omnium ordinariorum confessiones audiendi, cum vnica approbatione vnius ordinarij a fol. 114. vsque ad fol. 117. apparet de legitima intimatione facta tam Episcopo, quam illius Prouisori per Testes, & publicos Notarios, qui fecerunt intimationem, & qualiter Episcopus innocauit brachium seculare contra ipsos Conseruatores impediendo eorum Apostolicam delegationem, quos etiam in contemptum iurisdictionis Apostolicæ

ipse

ipse ordinarius sine vllo processu, & citatione excommunicauit fol. 125. declaratur nulla excommunicatio lata per ordinarium contra Conseruatores, quia sunt delegati Apostolici, & in hoc negotio ipsi ordinario superiores a fol. 131. vsque ad fol. 134. continetur edictum Episcopi contra Conseruatores in Cathedrali Ecclesia publicatum, vbi sunt multæ iniuriæ, & villpendia eorumdem iudicum Apostolicorum.

De quorum iniuria manifesta si non ex alio capite apparet ex eo conuincitur, quia negat se vidisse processum Conseruatorum, & eorum acta, & nihilominus ipsos intrusos declarat, & excommunicat a fol. 127. vsque ad fol. 149 ex hac contumacia instatur procedi contra Episcopum vti transgressorem Bullæ Cœnæ Domini, & seruatis seruandis declaratur in dictam Bullam incidisse fol. 192. Episcopus petit negotium iurisdictionis decidi per Arbitros, ergò ex hoc apparet quod negocium si non erat clarum, saltem erat dubium, & Episcopus non potuit procedere ad censuras &c. fol. 212. apparet. quod Episcopus in maximum vilipendium eorumdem Conseruatorium, & iurisdictionis Apostolicæ, Cedulones fecit amoueri, lacerare, & conculcare, cætera ob defectum processus non possumus enunciare.

§. 91. Non obstat quod Episcopus dicatur excommunicatus contra ius ob illius dignitatem, quod tantum exagerat pars aduersa; quia hæc facultas est expressa in iure nempè in *c. 2. de delegatis in 6.* vbi expressè conceditur facultas non solum delegatis absolutè, sed in specie Conseruatoribus procedendi contra Episcopos cùm censuris, & vbi etiam ponitur ordo contra illos procedendi nempè quod non incipiatur ab excommunicatione nisi in casu grauis contumaciæ protervuiæ, aut culpæ, quia huiusmodi contumacia apparuit in Episcopo, quod probatur ex procedimentis factis contra ipsum primo à Vicerege, ad quem ipse Episcopus recursum habuit deindè a Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis, vt supra diximus.

§. 92. Sed quod tollit omnem difficultatem ipsi Conseruatores obseruarunt ad vnguem ordinem in *d. c.* præscriptū apponentes in primis pœnam simplicem pecuniariam ducatorum bis milie, vt ex edicto eorumdem Conseruatorum exaduerso dato, nec *d. c.* fuit reuocatum à Concil. Trid. imò confirmatum in citato cap. 5. sess. 14. in fine, & adsunt declarationes Sacræ Congregationis adductæ à Naldo ad instantiam Patrum Camerlitarum vbi supra *in sum. verbo Religiosus num.* 48. subsequuta confirmatione Pauli V. & datur in necessarijs pro *Summ. num.* 18.

§. 93. Nec tollitur hoc per ea quæ scribentes pro Episcopo adducunt, quod hæc potestas sit solum in delegatis, non autem in subdelegatis, quia nostri Conseruatores non sunt subdelegati, sed delegati, ipsi enim

per se, & non per alios processerunt ad formam *c. fin. superius citati de deleg. in 6.* nec tollitur etiam ex hoc quod debeat apparere, & constare de violentia circa priuilegia, & iura propria, quia imò hoc apertè constat ex edictis exaduerso datis. Imò etiam quatenus non appareret, & res dubia esset spectat ad eosdem Conseruatores hoc declarare, vt benè *glossa exaduerso adducta declarat. & supra notauimus*; Vndè potius aduersarij confirmant omnia a nobis dicta quam infirment.

§.94. Quo ad quartum ex his patet Responsio ad dubitationes exaduerso excitatas, quæ ne Eminentissimi laborent dantur pro summario *num.* 18.

Ad primum enim Responderur Conseruator pro propulsandis Iniurijs, & pro manutentione iurium eligi potest, *vt diximus* S. 14. *& seqq.* in figurato igitur casu multipliciter, regulares iniuriam pati possunt, primo si præcipiat Ordinarius Regularibus obseruantiam Concilij Tridentini secundum suam propriam interpretationem; & non secundum verum sensum Concilij, vt in casu nostro. Secundo si Ordinarius præcipiat iudicialiter Regulares exequi id à quo ex particulari priuilegio tacitè, vel expresse Concilio derogatur. Tertio si iudicialiter procedit contra exemptos in casibus, qui sibi non permittuntur in ipso Concilio, vel alijs Constitutionibus Apostolicis, & in his, vel similibus casibus Iesuitæ, & quicunque alij Regulares possunt eligere Conseruatorem.

§.95. Ad secundum respondetur, quod si priuilegia communiter nota sint, vt in corpore iuris, vel Bullario inserta, & in praxi communiter obseruata non tenentur Regulares ea exhibere, *vt diximus* S. 60. quando autem nota non sunt tenentur quidem ea exibere, sed nihilominus non potest Episcopus eos iudicialiter cogere, sed solum extra iudicialiter, *ex Sanchez cum allegatis lib. 6. Conciliorum c. 9. dub.* 4.

§.96. Ad Tertiũ diximus in §. 51. Ordinarios non posse interpretari priuilegia Regulariũ nisi ad eorũ fauorem nõ potest igitur Metropolitanus, nec vicinior, sed vel pebet habere recursum ad Sedem Apostolicam, vel quando quis ea interpretatur Marte suo potest inuocari Conseruator, qui tanquam delegatus Apostolicus ea dat executioni.

§. 97. Ad quartum respondetur Constitutionem Gregorij XV. esse pro omnibus Regularibus, sed tamen non tollere, quod pro manifestis iniurijs à Regularibus nominentur Conseruatores, & tunc non est seruanda forma dictæ Constitutionis, *sed cap. 1 & fin. de delegatis in 6.* vt patet ex decreto Sacræ Congregationis allato S. 15.

§.98. Ad quintũ, quod Regulares debeant cõueniri corã eorum Superioribus Regularibus vti eorum Ordinarijs declarauit Nicolaus Quintus adductus à *Manuel, tom. 1 quæst. regular. q. 65. art. 3. Miranda tom. 2. q. 47. art. 10. Portel. verbo Conseruatores num 8.*

§.99. Ad sextum non reperitur, quod Conseruatores regularium debeant

talem

talem cautionem præstare Imò vigore priuilegiorum si alias requireretur reputarentur exempti.

§.100. Ad septimum respondetur si Ordinarius legitimè procedit in casibus à Concilio Tridentino expressis non posse regulares eligere Conseruatorem secus, vt in casibus ad primam dubitationem adductis.

§.101. Ad octauum, si Ordinarius legitimè iura suæ Ecclesiæ defendit nō possunt Regulares contra eius scripturas implorare Conseruatoris auxilium ac si prodat libellos contra formam, & reputationem religiosorum & afferat narrationes minus veras, & Religioni præiudiciales possunt benè eligere Conseruatores ad has iniurias propulsandas.

§.102. Ad nonum respondetur, quod hæc resolutio pendet ex inspectione priuilegiorum particularium, & ex intelligentia ac declarationibus Concilij Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum desuper emanatarum *de quibus latè §.40.& seqq. item* §. 54. 56. 57. 64. 65. *&c.*

§.103. Ad decimum respondetur Ordinarium in vim Concilij Tridentini non habere hanc facultatem coercendi, sed hoc, spectare ad Superiores Regulares ex declaratione Sacræ Congregationis adducta §.74. nec in vim Constitutionis Gregorianæ in inditijs ob eius suspensionem *vt latè* §.61.*& seqq.*

§.104. Ad vndecimum respondetur, quod in prima parte supponitur implicatio, quia Regulares ex pluribus capitibus possunt habere facultatem prædicandi, & confessiones audiendi, vt diximus §.18. sibi igitur hoc constare non potest, quia inquirere an Religiosi delinquerint est officium eorum Superioris Regularis ad secundā partem non potest præcisè responderi, quia hoc dependet, ex Constitutionibus particularibus Religionum, ac ex eorum priuilegijs in quibus apparet, quid possint subditi, & quid non possint maximè cum agatur de consentiendo in alienam iurisdictionem, *per adducta in* §. 58. *& sequente.*

§.105. Ad duodecimum respondetur si Regularis delinquens, vt supponit casus moretur extra Claustra potest corrigi ab Ordinario, ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 3. de reformatione, si vero moretur in Claustris ordinarius non potest illum corrigere, sed debet ad monere Superiorem Regularem, vt illum corrigat ex eodem Concilio sess. 25. cap. 1. de regular. plures Bullas refert *Manuel. tom. 2. reg. quæst. 63. per plures articulos Villalobos tom. 2. tit. 35. de fin. 4. Sanchez lib. 6. consil. cap. 9. dub. 1. num. 11. & 26. & facit text. in cap. Nimis iniqua, &c. nimis praua de excessibus Prælatorum & clement. 1. ead. tit.*

§.106. Ad decimum tertium respondetur affirmatiuè, & sic fecerunt nostri Conseruatores iuridicè omnia Episcopo intimantes, vt patet ex Processu ab eis facto, & Matritum transmisso fol. 6. & seq. fol. 114. & sequen. fol. 119. fol. 101. & seqq.

Ad

§.107. Ad decimum quartum respondetur, vt supra §. 95. ad secundum.

Ad decimumquintum respondetur, quod Grangiæ Collegiorum fruuntur omnibus priuilegijs, quibus fruuntur Collegia sibi sit Ecclesia propiia, vel Cappella firmauit Rota in vna Placentina decimarum de Alarza, quæ spectat ad Monasterium Vallis Ecclesiarum Ordinis Cisterciens. coram bon. mem. Merlino, & R.P. D. Bichio, & Religiosus degens in Grangia est sub iurisdictione Superioris Monasterij a quo Grangia dependet *Barbosa in Collectan. Doctorum in var. locis Concil. Trid. in cap. 3. nu. 5. sess. 6. de refor.*

§.108. Ad Decimum sextu m respondetur si negotiatio est illicita debent corrigi, sed non ab Episcopo, si sint exempti at ab eorum Superiore Regulari nisi deliquerint extra Claustra; vt diximus supra §. 105.

Ad decimum septimum respondetur negatiuè nisi ipsi sint Parrochi, vel Parochorum officio fungantur, vel de Parochorum licentia, qui libenter illam concedunt reseruatis sibi emolumentis, & ad parcendum laboribus.

§.109. Ad decimum octauum Regulares habent priuilegia pro regionibus remotissimis, vt Iesuitæ à Paulo III. anno 1549. die 18. Ottobris, & à Gregorio XIII (qui hanc facultatem extendit ad vtramque Indiam anno 1573. & 1579. Videatur *Manuel. quæst. regular. tom. 1. quæst. 28. art. 2.* Item est concessio Leonis X. 1521 & Adriani VI. anno 1522 Item minores à Leone X. & Adriano VI. habent eamdem facultatem, quando Episcopi à Prouincia sunt absentes. Quia autem non adesse Episcopos loci, vel abesse à loco, vel non posse, vel nolle consecrare æquiparantur ex vulgatis, ideo licet in aliquibus Diæcesibus Indiarum sint Episcopi, cum tamen non possint consecrare, tunc Regulares consecrare possunt; at si ipsi Episcopi possent, & vellent consecrare Regulares non possunt talibus vti priuilegijs.

§.110. Ne autem Episcopus ex resolutione suorum dubiorum ansam caperet grauius regulares aggrauandi petierunt Patres, & ipsi quorumdam dubiorum resolutionem, quæ dantur pro *summ. num.* 19. & quia talium resolutio pendet ex his, quæ diximus, tam in Informatione, quam in responsione ad dubia aduersarij, ideò ne nimis longiores scimus responsionem eorum hic omittimus.

§.111. Pro Coronide autem huius longioris Informationis dicimus non esse nouum quod Patres in illis remotissimis partibus ab Episcopis malè tractentur hoc enim temporibus etiam Pauli V. accidit in Indijs Orientalibus, qui quidem Pontifex pro summa pietate, & pro experientia, quam habebat de ministerio Societatis primo Episcopo Chinensi, qui Patribus negocium dabat scripsit paternè, vt eos benè tractarent, quod si quid in illis repræhensione dignum reperiret non censuris,

suris, & pœnis illos puniret, sed vel per Superiores suos puniri, vel Sedi Apostolicæ referre curaret, vt patet ex eiusdem litteris Apostolicis, *in Summ.num.*20.& 21.

§.112. Non cessante autem Episcopo a molestijs Patribus inferendis scripsit ad illum Pontifex durius, & commisit alteri Episcopo facultatem illum coercendi, vt patet ex eiusdem litteris, & litteris Cardinalis Burghesij bon.me. ad Nuntium Apostolicum, tunc in Hispania degentem, cui etiam iniungit, vt re communicata cum Maiestate Catholica negotium pro bono pacis concludatur, & dantur hæ litteræ in *Summ.num.* 22.& 23.

§.113. Ad hanc similitudinem speramus Sanctiss. D. N. & EE. VV. benignè negotium cum pace,& charitate partium conclusuras.

Quare &c.

Ioannes Naldus.

Emin.mis & Reu.mis
DD. Cardinalib.

Spada,
Sacchetto,
Ginetto,
Carpineo, &
Frangiotto.

Necnon

Illustriss.mis & Reu.mis DD.

Farnesio,
Maraldo,
Fagnano, &
Pauluccio.

à S.mo D. N. specialiter deputatis.

Angelopolitana.

PRO
Patribus Soc. IESV.

CONTRA
R.mum D.Episcopum.

Informatio.

ROMAE, Ex Typographia Reu.Cam. Apost. 1648.

Superiorum permissu.

SVMMARIVM.

DOctor Ioannes de Merlo Canonicus Doctoralis sanctæ Ecclesiæ huius Ciuitatis Iudex, Prouisor, officialis, & Vicarius Generalis Illustriss. & Reuerendiss. D. Ioãnis de Palafox, & Mendoza Episcopi huius Ciuitatis, Visitator generalis nouę Hispaniæ dixit, & decreuit, quod iuxta dispositionem Sac. Concil. Trid. Bullas Apostolicas, ac declarationes Sac. Congregationis Eminentissimorum interpretum, in quibus disponitur, quod omnes Sacerdotes, tam Sęculares, quam Regulares volentes concionare, & confessiones audire, debeant se prius sistere coram Ordinario, & quia sibi constat ex relatione officialis suæ Cancellariæ, quod Patres Iesuitæ à tribus annis hanc licentiam, siue approbationem respectiuè non petierint, aut obtinuerint; præcipit, & præcipit, quod notificetur, & intimetur Patri Didaco de Monrroi Rectori Collegij Sancti Spiritus Societatis Iesu huius Ciuitatis, & Patri Ioanni de Figueroa Rectori S. Ildefonsi, vt infra diem naturalem ab huius notificationis, siue intimationis exhibeāt coram Dominatione sua Reuerendiss. siue in eius Cancellaria omnes licentias, quas tenent PP. Iesuitæ commorantes indictis Collegijs concionandi, & confessiones audiendi ad effectum, vt sua Dominatio Reuerendiss. possit videre, an obseruentur decreta Sac. Concil. Trid. & donec, & quousque de dictis licentijs & facultatibus, vt supra docuerint, abstineant à ministerio, & exercitio concionandi, & confessiones audiendi; alias videndi procedi contra contumaces prout de iure. Num. 1. Primum Edictum.

Nos Ioannes de Merlo &c. inhærendo Sac. S. Concilio Tridentino, ac Eminentiss. Cardinalium declarationibus &c. quia PP. Iesuitæ huius Ciuitatis contra prædicta iura concionauerint, & confessiones audierint, & confitentes absoluerint, & sine iurisdictione neque constiterit, aut constet quod desuper licentiam obtinuerint, seu petierint: Reuerendiss. D. Episcopus mādauit per aliud suum edictum, vt exhiberent asserta priuilegia, necnon aliud priuilegium de non exhibendo, & interim supersedeant in exercitio. In termino vero ad hæc exhibend. loco exhibitionis miserunt duos Religiosos friuolas opponentes exceptiones. Vnde sua Dominatio Reuerendiss. compulit illos ad exhibendum dicta priuilegia sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & donec, & quousq; exhibuerint abstineant ab exercitio dictorum munerum sub eadem pœna excōmunicationis latæ sententiæ quam in contumaces, & contrauentores inhærēdo Constitutionibus Apostolicis dispositioni Sac. Concil. Trid. ex nunc prout ex tunc infligit &c. Num. 2. Secundum Edictum.

A Re-

Num. 3. Compendium allegationis Mexicanæ.

Resolucion por el Derecho cierta dela Compañia de Iesus en el Nombramiento de Iuezes Conseruadores Apostolicos delegados de Su Santitad Iuridico veradero legitimo por la iustificacion dela causa delas Personas del modo dela eleccion y uso de ella. Apoyada con autoridad y firmas delas personas mas doctas y graues desta Ciudad de Mexico.

Causa.

Son verdaderos Iuezes Conseruadores Apostolicos los nombrados por parte dela Compañia de Iesus; lo primero, por la iustificacion dela causa; porque es expressa en las Bulas conseruatorias &c.

Personas.

Lo segundo el nombramiento es iuridico por las personas aunque se an Religiosas. Lo primero porque puede ser los Religiosos Iuezes conseruadores si tienen dignidad Ecclesiastica como la tienen los muy RR. PP. nombrados &c.

Modo dela Elecion.

Son item verdaderos iuezes Apostolicos por el modo de la eleccion, por quanto a sido con todas las solemnidades que de derecho se requieren y consta delos autos &c.

Vso dela Elecion.

Para el vso legitimo de elecion tan iuridica era menester auer visto los autos notificationes y edicto publico &c.

Conclusion.

Por todo lo qual se deben obudecer temer, y guardar las censuras y excomunicaciones delos iuezes Apostolicos conseruadores porque obran, no con autoridad propria, si no Pontificia &c.

Y para que se conozca la iustificacion de esta causa va autorizada con las firmas de personas graues y doctas que todas pueden dar razon desta materia y assi se pondran los pareceres, y firmas conforme se dieron puntualmente despues de auer con atencion leido y visto esta Resolucion la qual va llana y senzilla, sin apoyo de Autores y textos assi por ser los principios en que se funda ciertos como paraque todos la entiendan y mas yendo tan apoyada de personas de conocidas letras y virtud.

Parecer del Illustrissimo Cabildo dela santa Iglesia de Mexico.

Hemos visto con atencion los escritos sobre esta causa; y sentimos que en el pedir y querer reconocer el Prouisor dela Puebla, las licencias de confessar y predicar a los Religiosos dela Compañia de Iesus, en el modo (supuesta la licencia y tolerancia del Señor Obispo y sus aprouaciones que se muestran) parece se a excedido y que los dichos Religiosos deuen ser restituidos al credito y bue-

na

na opinion y à la possession primera en que estauan, de que no deuieron ser priuados empeçandose por la suspension y despoio, y que restituidos dandoseles termino competente y pidiendoseles, ò ordenandoseles en decente y deuida forma, los dichos Religiosos muestren sus priuilegios ò licencias, como ofrecen; para cuyo efecto sentimos que iusta y legitimamente han nombrado los iuezes Conseruadores, y este es nuestro parecer debaxo de meior a que nos suietamos.

Sequuntur subscriptiones.

Parecer dela Esclarecida orden de Santo Domingo.

A todo lo contenido en este papel subscribo como à verdades ciertas manifestas notorias y seguras.

Sequuntur subscriptiones.

Parecer dela Serafica orden de S. Francisco.

Auiendo visto este papel con todo cuidado nos aiustamos al parecer de los RR.PP. Maestros y Lectores que le han firmado y somos del mismo parecer.

Sequuntur subscriptiones.

Parecer dela Inclita Religion de S. Augustin.

Vistos y entẽdidos los sfundamentos de parte de los Muy RR.PP. Cõseruadores tenemos por cierta è infalible su iurisdicion y lo contenido en este papel y lo firmamos en nuestro Conuento de Mexico en 18. de Mayo 1647.

Sequuntur subscriptiones.

Parecer dela insigne Religion de nuesta Señora dela Merced.

Auiendo visto con toda atencion este papel y Bulas en el contenidas nos conformamos y somos del mismo parecer que tantos y tan graues PP. Maestros y Doctores y lo firmamos en este Conuento de Nuestra Señora dela Merced dela Ciudad de Mexico en 20. dias del mes de Mayo 1647. años.

Sequuntur subscriptiones.

Parecer de la Compañia de Iesus.

Los Religiosos dela Compañia de Iesus desta Ciudad de Mexico que a qui firmamos, somos del mismo parecer, que los demas Señores Doctores y RR.PP Maestros que han firmado en fauor de la iurisdicion delos M.RR.PP. Iuezes Apostolicos Conseruadores.

Sequuntur subscriptiones.

Parecer de Señores Doctores Iuristas y Abogados en esta Chancilleria de Mexico.

Tenemos por cierta y fundada en todo derecho la iurisdicion Apostolica de los M. RR.PP. Iuezes Conseruadores saluo &c.

Sequuntur subscriptiones.

Num. 4. El P. Pedro de Velasco, Prouincial de la Sagrada Compañia de Iesus en la Prouincia, que tiene en esta nueua España, necessitado por razon de mi oficio, y por obligacion precisa en ambos fueros de tratar del remedio en orden à remouer las iniurias notorias hechas à mi Sagrada Religion, a sus Colegios y Religiosos, y en orden a la conseruacion de sus priuilegios, quieta, y pacifica possession del vso corriente de ellos: como mejor aya lugar de derecho, y premisso lo en el necessario parezco ante vuestras PP. querellando del Excellentissimo Señor Don Iuan de Palafox Obispo de la Ciudad de los Angeles, y del Doct. D. Iuan de Merlo Canonigo Doctoral de la Santa Yglesia Catedral de dicha Ciudad, y de los demas que parecieren culpados, con grande, e intimo dolor mio, y de toda mi Sagrada Religion, por vernos necessitados à vsar destos vltimos remedios, quando an resultado sin efecto los de las summissiones, atenciones, y buenos respectos, que se deuen a la persona, y dignidad del dicho Señor Obispo, y su Prouisor, para que se contubiessen en los pleitos; que an mouido a mi Religion en los terminos de sus acciones, y derechos, sin pasar alos de ofensas a nuestras personas, Institutos, y Priuilegios, con grande encono en las materias, y graue escandalo de los fieles: quando tambien a vn mismo tiempo hemos instado (de que no desistiremos) a nuestro Señor con continuos sacrificios, fuesse seruido de quitar del coraçon del Señor Obispo el mal afecto, que tiene à mi Religion, y à sus Religiosos, reduziẽdole à tratar los dichos pleitos, cõ la honestidad, y modestia que piden las obligaciones de tan grande Prelado; y las atenciones con que se deue tratar à mi Sagrada Religion, tan estimada y fauorecida de la Sede Apostolica por los grandes, y cõtinuos seruicios, que desde su creacion le à estado, y està haziẽdo cõ fructuosissima vtilidad a la S. Yglesia Catolica, y a los fieles en las Yglesias particulares en todas la partes, y lugares donde ay Colegios de mi Sagrada Religion. Y agora nueuamente, despues de auer hecho sacrificio a la diuina Mageftad de las mortificaciones, que por mano del Señor Obispo se han fecho en los dichos pleitos, sin mas ocasion que la de no auerle suplicado assistesse a honrar nuestro Colegio del Espiritu Santo, estas Carnes tolendas, en el Iubileo solemne de las Quarenta horas, como lo manifestò de nuestros Religiosos, mezclando otros sentimientos, de que no le

Petitio P. Prouincialis ob lata Conseruatoribus.

oion

oian sus sermones, ni le assistian a sus enfermedades, naciendo nuestra cortedad, y encogimiento de ver substrahida por el Señor Obispo la influencia de fauores, que le tiene merecida nuestra Religion con las demonstraciones publicas, que en su general descredito hà obrado, con pretexto de dichos pleitos, como se à reconocido por todos en el libelo, que con nombre de alegacion de Diezmos diuulgò, no auiendo dado lugar à que se iuntasse la Comunidad del dicho Colegio del Espiritu Santo, para efecto de salirle acompañando con la deuida veneracion en la ocasion que en vno destos dias del Iubileo, Martes entrò a hazer por la tarde oracion en la Yglesia que interrumpio luego que oyo la señal de la campanilla para que se iuntasse dicha comunidad, saliendose con toda prisa. Entrò en este tiempo santo de Quaresma en su primero dia à dar principio à nueuas vexaciones, y molestias, por mano del dicho su Prouisor, haziendo notificar à los dichos Padres Rectores tres Autos llenos de iniurias, y tras dellos haziendo publicar vn Edicto para hazerlas mas publicas, y manifiestas, procediendo con tal resolucion y violencia, que en el primer auto entrò despojando à los dos Colegios, del Espiritu Sāto, y San Ildefonso, de la facultad de predicar, y confessar, con pretextos menos aiustados, y atentos, en orden à que no continuassen en este ministerio, hasta que le presentassen las licencias, que para su exercicio tenian, con que por este camino desunió vnos de los miembros principales de la Yglesia de aquel Obispado, que consiste en los Colegios de mi Sagrada Religion, iniuriandola con el mesmo hecho, de que resultò grauissimo escandalo. Y por no hazerle mayor de nuestra parte, con dudas entre la gente comun, y vulgar en materias tan espirituales, se cessò luego en dichos ministerios, con gran sentimiento, desconsuelo, y lagrimas del pueblo, y la violencia con que el Señor Obispo, y su Prouisor executaron este intento, y el tiempo santo à que aguardò a hazerlo, insinuando escrupulo en lo que en discurso de seis años y medio que gouierna auiendo visto predicar, y confessar à los Religiosos moradores de dichos Colegios y no le auia tenido, descubren el animo que lleuò de iniuriar mi Religion que se hallaua tan destēplado cōtra ella; por dichos pleitos, y sentimientos pues si este efecto tan escandaloso no le vbiera causado el mal afecto, y fuera hijo legitimo de vn escrupulo zeloso, fuera proporcionado, à el el medio, pues el que entonces solo seria aiustado, era pedir al Prouincial desta Religion, con benignidad, y beneuolencia ordenasse a todos sus subditos, que en dichos Colegios estauā expuestos, se manifestassen con sus licencias, para efecto solo de la satisfacion de su conciencia, sin

valerse para ello de la mano de la Iurisdicion contenciosa, ni de Autos iudiciales, por serle notoria la exempcion, y que aun en caso que algunos Religiosos vbiessen confessado sin las deuidas licencias no le tocaua al dicho Señor Obispo su correccion, por defecto notorio de Iurisdicion, à que se corresponderia per el Prouincial, sin valerse de sus priuilegios, porque en tal caso seria solo en orden à dar toda satisfacion al Señor Obispo, aunque para la mayor de su conciencia quisiesse boluer à examinar los sugetos expuestos, respecto de que como actos extraiudiciales, y de conformidad non podrian hazer periuizio, y se auria preuenido al escandalo causado. Y paraque mas bien se reconozca la grauedad, y notoriedad de las iniurias hechas en dichos autos, y edicto, con violacion de priuilegios, se iran aduirtiendo las mas sensibles, por el orden de los autos, para mayor aiustamiento desta querella por Conseruatoria.

A vuestras PP. RR. Iuntos, y a qualquiera de vuestras PP. Pido, y suplico, que auiendo por presentados dichos recaudos, vn tanto de los dichos tres Autos, y Edicto, en la forma que los hemos podido auer, en consideraciun de ser dichas iniurias qualificadus, publicas, notorias, y manifiestas: se syuan de amparar à nuestra Sagrada Religion defendiendola dellas, y a los dichos sus Colegios, y Religiosos, y para ello compellan, y apremian por censuras, y las demas penas que vbiere lugar de derecho, al dicho Señor Obispo, y à su Prouisor, que repongan los dichos tres Autos, en quanto al modo iniurioso dellos, violacion, y turbacion de nuestros Priuilegios, segun y como se va informando en cada vno de los Capitulos deste escrito, y para que assimesmo repongan el dicho Edicto, haziendo esta reposicion por otro que le publique, y pregone en la misma forma que fue publicado el injurioso, que esto fecho, estarà presta, y llana mi Religion, y su Prouincial à dar satisfacion ala conciencia del Señor Obispo, y su Prouisor, en forma deuida extraiudicial, de las licencias que dichos Religiosos tienen para confessar, y an tenido sus antecessores, en todo el tiempo del gouierno del Señor Obispo y del tiempo antes, si tambien fuere seruido de verlo. Y assimismo sean compelidos, y apremiados per Censuras, y otras penas, à que exhiban todos los libros, que fueron impressos, con el que esta presentado, y à que formen publicos edictos, agrauados, de Censuras, y otras penas, en orden à recoger los que se vbieren repartido en el dicho Opispado: haziendose la misma diligencia en los demas Obispados, y Arcobispados por los Illustrissimos Señores Arcobispo, y Obispos, para efecto, de que como se vayan recogiendo se remitan

à vue-

à vuestras P.P. despachandoles las letras para ello necessarias; para tildar en ellos todas las iniurias apuntadas en dicha memoria con las demas que en dichos libros se hallaren, procediendo por estos medios, y de mas conuenientes por via de amparo, y defensa, hasta dar efectiua, y plena satisfacion à mi Sagrada Religion, corrigiendo a los iniuriadores de derecho, y que huuiere lugar, por Conseruatoria, pidiendo sobre todo iusticia, y si mejor conuiene intentar nuestro desagrauio, se aya aqui por expresso; y iuro in verbo Sacerdotis no ser de malicia este escrito, sino solo en orden ala pura, y necessaria defensa de mi Santa Religion, y de sus Colegios, y Religiosos; y ofrezco a prueua de lo necessario, y que assimesmo sean condenados los dichos iniuriadores en costas, y en lo necessario &c.

Pedro de Velasco.

Copia Edicti Conseruatorum.

IN Ciuitate Mexicana die mensis Aprilis 1647. M.R.R. Patres Frater Ioannes de Paredes Concionator Generalis Prior huius Regalis Conuentus Sancti Dominici, & Pater Magister Fr. Augustinus Godinez difinitor & Lector Capituli Generalis nostri Ordinis Iudices Apostolici Conseruatores virtute bullarum, & litterarum Apostolicarum in causa, & negocio comprehenso in hoc processu pendente coram suis PP. ad petitionem & pro parte Religionis Societatis Iesu contra Illustrissimum & Excelentiss. Dominum Ioannem de Palafox & Mendoza Episcopum Ciuitatis SS. Angelorum consiliarium suæ Maiestatis in Consilio Regio Indiarum, visitatorem Generalem huius nouæ Hispaniæ, & contra Dominum Doctorem Ioannem de Merlo Canonicum Doctoralem Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Ciuitatis SS. Angelorum Prouisorem, & Vicarium Generalem D.D. Episcopi visis decretis dictæ causæ dixerunt quod in primis, & ante omnia debeant se declarare prout declarant Iudices competentes huius causæ, quia concurrunt in Paternitatibus suis omnia requisita omnes que qualitates, quæ requiruntur in bullis Apostolicis & priuilegijs ipsis exhibitis, & admissis in Concilio Regio Iudiarum, & quia versamur in casu in dictis Constitutionibus compræhenso, & quia commorantur intra tres dietas connumerando à limite postremo dictæ Diœcesis, & Episcopatus Populi Sanctorum Angelorum, & quia iurisdictionem Conseruatorialem acceptarunt eaque vtentes, & considerantes quæ iuris sunt, & ad officium suum pertinent iuxta petitionem à dicta Religione Societatis sibi factam; Iura, & informationes Num. 5.

exhi-

exhibitas pro illius iustificatione præceperunt quod in primis, & ante omnia dicta Religio Societatis illiusque Religiosi defendantur, & manuteneantur in possessione, vsu, & consuetudine in quibus hactenus fuerunt, & sunt, & in specie Collegia eorumque Religiosi dictæ Ciuitatis Sanctorum Angelorum audiendi Confessiones Sacramentales publicè verbum Dei concionandi, non solum in suis Collegijs, sed etiam extra illa, etiam in plateis, & alijs locis publicis, prout in dictis eorum priuilegijs continetur, & prædicta potuerunt, & possunt exercere absque eo quod D.Episcopus siue eius Prouisor potuerit eosdem molestare mediantibus violentia, spolio, iniurijs, & agrauijs in prædictis decretis Prouisoris contentrs, & publicatis videlicet sub die 6. & 8. mensis Martij præteriti huius anni, & censuris in eis declaratis, cum murmuratione & scandalo totius Populi, vt potè emmanatis in vindictam, & in magnam iniuriam dictæ Religionis proponendo huiusmodi ædicta in tempore quadragessimali sub pœnis adeo terribilibus, & in consequutione prædictorum notificetur Illustrissimo D.Episcopo necnon dicto D.Prouisori ipsique præcipiatur vt intra terminum sex dierum reponant a dicto decreto, illudque declarent nullius valoris, & momenti, stantibus alijs in contrarium & proinde restituant dictam Religionem in prædictam suam possessionem, vsum & consuetudinem, in quibus existebat ante publicationem huiusmodi edicti relinquendo dd. Religiosos absque vllo impedimento in exercitio ministeri rum concionandi, & peccata audiendi prævia reuocatione censurarum desuper relaxatarum contra prædictos Religiosos necnon contra alios quoscumque illosque omnes absoluant ad cautelam, ad tolleñ omne scrupulum, & huiusmodi edictum reuocatorium prioris à D.Procuratore emanati publicetur, & affixum maneat donec prædicti Religiosi in sua pacifica possessione vsu, & consuetudine repositi fuerint.

Similiter notificetur, & intimetur, vt recuperent omnes libros impressos aliasque scripturas huic nostro decreto contrariantes, præsertim illas, quæ tanguut informationem in causa decimarum & omnes alias, continentes aliquam insinuationem, quæ contrarietur pietati, & obseruantiæ PP. Iesuitarum & ad hunc effectum dictus D.Episcopus & Prouisor proponant edicta cum præfixiore termini ad prædictum faciendum, non solum in dicta Ciuitate Sanctorum Angelorum sed etiam in alijs locis suæ Diœcesis, & præsens edictum non solum intimetur præfato D.Episcopo, sed omnibus alijs Episcopis huius Regni ad effectum, vt in ijs obediatur, & fiant ædem diligentiæ, vt omnes libri, & scripturæ, quæ super prædicta materia inuenti, & inuentæ fuerint tradantur, & ferantur ad

Pater-

Paternitates suas ad effectum, vt ille possint præiudicium, & iniurias in ijs contentas iudicare, & omnibus notificare, quod fuerint conscripti absque vlla ratione, & ex mero odio, & mala voluntate bonam opinionem PP. Iesuitarum denigrante, & omnia prædicta pareant huiusmodi nostro Aedicto absque vlla contradictione omni excusatione sublata in termino dictorum sex dierum a die notificationis & desuper quod videlicet omnia prædicta executi fuerint, exhibeant testimonium legale coram Paternitatibus suis sub pœna dicto D. Episcopo ducat bis mille arbitrio conseruatorum applicandorum & D. Prouisori excommunicationis maioris monitione præmissa latæ sententiæ ipso facto incurrenda, quam eos incurrisse in casu contrauentionis, & non paritionis dictæ Paternitates declarant, & si præfati Illustrissimus Episcopus, & Prouisor prætendant se habere aliquam legalem excusationem contra prædicta exhibeant in termino præfato coram PP. suis nam eo elapso procedent ad agrauatoria, & reagrauatoria etiam supposito interdicto Ecclesiastico & Cessatione à Diuinis Protestantes PP. suæ quod pariformiter procedent in causa iniuriarum prædictis Religiosis illatarum, quos absolutos volunt esse, & censent ab omni censura ecclesiastica quæ omnia cum executioni demandata fuerint Præfatæ Paternitates reseruent sibi statuendi, & disponendi omnia ea, quæ iudicauerint dictis Religiosis necessaria, & opportuna, & pro loco Iudicij, & Audientiæ assignant cellam propriam Conuentus Sancti Dominici huius Ciuitatis vbi erunt facienda omnia acta ipsius Causæ, & promulganda decreta, & sententiæ ibique affigentur Aedicta, quæ afficient citatos ac si personaliter citati essent, & quatenus requiratur aliqua citatio personalis iuridica fiet in domo solitæ habitationis citandorum vel alicui ex illorum famulis, siue alicui vicino ad effectum vt non possint prætendere ignorantiam, & operabitur huiusmodi notificatio ac si personaliter facta foret, & decreta huiusmodi affigantur in plateis, & alijs locis publicis vt omnibus sint palam iuxta Bullam Conseruatoriæ monendo omnes & singulos Notarios Sacristas, &c. hæc omnia prædicta exequi procurent &c. Ita decreuerunt in sua cella Frater Ioannes de Paredes Prior, Frater Augustinus Godinez Magister Difinitor, & Lector Capituli Generalis coram me, & de eorum mandato &c.

Fr. Loys Ortega Notarius Apostolicus &c.

Auiendo visto todo con especial cuidado el Assessor generale, y dado su parecer conformandose con el vireas determinó. Num. 6. Decretum Viceregis.

VSen los Conseruadores de la iurisdicion de sus Conseruatorias en todo lo que mira à las iniurias representadas por la Religion de la

Compañia de Iesus sin extenderla al punto de las licencias de predicar, y confessar por noser toccante à Conseruatoria.

Edicto que se publico en la Ciudad de los Angeles en 6. de Abril de 1647.

Num. 7. Ædictum Episcopi die 6. Aprilis.

Num. 16. LA grande distantia di questo Regno non mi hà dato occasione insino adesso di congratularmi della noua, e dignissima promotione di V. S. Reuerendiss. quale è stata a tutti gratissima, & a me specialmente come tanto affetto alla Compagnia di Giesu, alla quale hò sempre stimata, & aggiutata in quanto hò potuto, & mi hanno voluto commandare li Religiosissimi Padri, che V. S. Reuerendiss. hà in questa Prouincia della noua Hispagna tanto in quello, che vi è occorso in quà, quanto nella Corte di Sua Maestà Cattolica, & offerisco continuare il medesimo affetto, & officio, & molto specialmente nella occasione presente nella quale le resolutioni tanto precipitate del Sig. Vescouo de la Puebla, Don Gio: de Polosocx, & Mendoza offendono sì grandemente à questi santi Religiosi nella materia più vnica, e che meno inconuenienze hà nel suo attento, & santo procedere, & asserisco à V. Reuerendiss. con l'esperienza de molti anni, che hanno vissuto li figli della Cōpagnia in somma pace, essempio, dottrina, e santità, e specialmente nel Mexico, e nella Città dela Puebla questi tre anni prossimi, e solo non hanno potuto conseruare questo, (come ne anco altre Religioni, e Tribunali di queste Prouincie) col detto Sig. Vescouo, quale sempre pretēde cose noue alterando, e turbando li mezzi admessi, e gia casi naturali da doue sforzosamente risultaranno molte inquietudini, quali con li suoi Editti, e Censure hà causate, e sono tali, che bisognò che la Compagnia come offesa cercasse la sua giusta difesa, benche con la moderatione, e modestia, che si vsa la medema Compagnia, & il molto Reuerendo Padre Prouinciale Pietro de Velasco elesse, ò creò doi Giudici Conseruatori, e questo basta acciò, che V. Paternità Reuerendiss. stia sodisfatta de che tanta prudenza, attentione, dottrina, e santità, che nella Sua Paternità reconosciamo, e riueriamo tutti; non hà operato mate-

ria

ria sì graue m'hà obligato, & anco sforzato alla giusta difesa. Benche con informationi supposte ingegnose pōderationi, aggiutate dalla Sua Rhettorica piu che dalla ragione procuri ricercare materia, & introdurre cose apparenti in materie tanto impossibili contro la notissima Religione, dottrina, & essempio di questi Padri. Non è nouo, che patisca la Compagnia di Giesù grauissime persecutioni, ne meno sarà nuouo farla Iddio resurgere, e resuscitare vittoriosa come sempre, la V. Paternità Reuerēdiss. ci presta la sua assistenza con suoi santi Sacrificij, & orationi appresso la Diuina Maestà, che guardi V. Reuerendiss. Da Valladolid à di 20. di Maggio de mil seicento quaranta sette. Reuerendiss. Padre Nostro. Affettionatiss. Seruitore, e tutto di V. Reuerendiss. che le suoi mani baccia mille volte Fr. Mar. Vescouo de Mechoacano.

PAulus Papa V. ad futuram rei memoriam Religiosum sub graui & infrà: Cum itaque nomine dilecti Filij Blasij Angusciolæ Procuratoris generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Trid. Concilij Interpretum expositum fuerit in Ispaniarum Regnis quosdam Ordinarios locorum contendere Religiosos &c. necnō decretum eiusdem Conc. Trid. d. c. 20. sess. 24. ad Regulares non pertinere neq; eorum conseruatorias imminuere &c. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati omnibus, & singulis locorum Ordinarijs in virtute Sanctæ obedientiæ per præsentes districtè præcipiendo mandamus ne Fratres, & Religiosos dicti Ordinis Carmelitarum contra dispositionem declarationum prædictarum perturbare &c. irritū &c. Quocirca &c. Non obstañ. fel. record. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur alijsque Constitutionibus &c. Num. 17.

Sanctorum Angelorum.

Dubia ad petitionem Illustrissimi, & Reuerendiss. D. Ioannis de Palafox y Mendoza Episcopi Sanctorum Angelorum resoluenda.

1. AN in casu quo decreta aliqua Concil. Trid. ab Ordinario iudicialiter præcipiantur obseruari, & exequi Regulares quicumque etiam Societatis Iesu sub prætextu quod huiusmodi de- Num. 18.

creta infringant sua priuilegia possint eligere Conseruatores?

2. An Regularibus etiam Patribus Societatis Iesu asserentibus se habere priuilegia quominus obediant Episcopo in exequutione decretorum iuris communis Conc. Trid. & Constitutionum Apostolicarum Ordinarij debeant ipsis adhibere fidem absque exhibitione huiusmodi priuilegiorum?

3. An casu quo Regulares quicunque etiam Societatis Iesu exhibeant aliqua priuilegia, & ordinarij iudicent ea non suffragari casui de quo agitur, neque ad rem facere Regulares prædicti possint, & debeant prouocare ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotissimis ad Metropolitanum, siuè Ordinariũ viciniorem possint hoc eligere Conseruatores?

4. Vtrum Constitutio fel. record. Gregorii XIII. circa Conseruatores Regularium publicata anno 1621. cum decreto Emin. Sacræ Congregationis Concilij Trid. Interpretum desuper edito æquè afficiat, & comprehendat Religiosos Societatis Iesu, ac reliquos Regulares, ita ut omnia alia præfatæ Societatis priuilegia fuerint reducta ad terminos dictæ Constitutionis, & decreti, & sic imposterum debeant ab his eligi Conseruatores, iuxtà formam, & tenorem prædictæ Constitutionis, & decreti.

5. An Regulares grauati ære alieno, vel ad ratiocinia obligati, vel Testamentorum executores possint conueniri coram Ordinario, vel ab ipso Ordinario requisiti teneantur præcisè nominare Conseruatores quatenus electioni Conseruatorum locus sit, etsi non nominauerint intra tempus habile ab Ordinario præscriptum possit ipse Ordinarius in causa procedere.

6. An dicti Regulares Conseruatores siue ad iura, siue ad priuilegia tuenda assumentes teneantur antè exercitium commissionis præstare cautionem coram Ordinario, siuè alio Iudice competenti de iudicio sisti, & iudicatum soluendo in casu quo in lite, seu causa succubuerint?

7. An quando Ordinarius procedit iuris ordinè seruato aduersus Regulares in casibus in quibus per Concil. Trid. sess. 25. de Regular. siuè in alijs sessionibus ipsi subiiciuntur possint Conseruatores Iudices assignare?

8. An quando Episcopi iura, vel decimas Cathedralium aduersus Religiosos dote sua, & decimis spoliantes Ecclesias coram Iudice competenti tuentur, librosque memorialia, & allegationes producunt ius Ecclesiarum Cathedralium exprimentes, & acquisitiones Religiosorum, aliaque eiusdem generis annumerantes huiusmodi scriptorũ occasione possint nominare Conseruatores prętendentes iniuriã sibi inferri in referendo immoderatas acquisitiones?

9. Vtrum

9. Vtrum Regularis quicunque etiam Societatis Iesu possit administrare Sacramenta pœnitentiæ sæcularibus absque licentia Episcopi Diocesani etiamsi in aliena Diœcesi approbatus sit?

10 An Episcopus contra dictos Regulares audientes in sua Diœcesi confessiones sæcularium absque sua approbatione, vel concionantes absque licentia, & benedictione Episcopali intra & extra proprias Ecclesias possit procedere remouendo eos à talibus ministerijs siuè præceptis & alijs Iuris remedijs?

11. An quando Episcopo constat dictas licentias obtentas non fuisse ipse possit præcipere vt donec licentiam intra præscriptum tempus exhibeant à tali ministerio abstineant, & an requirendus sit per Episcopum pro his exhibendis Prouincialis in aliena Diœcesi vel longissime existens vel ipsi Regulares confessarij vel eorum superiores eiusdem Diœcesis inqua prædicta exercentur?

12. An & quando aliquis Regularis insurgens contra Episcopum in propria Diœcesi maledictis cum scripto vel dicto populum scandalizando possit ab Episcopo puniri & qua animaruersione & quid si huiusmodi delinquens transiuerit ad aliam Diœcesim hoc casu seruandum sit? & qua pæna puniendus sit Regularis qui commorans in vna Diœcesi spargit famosos libellos siue dicteria contra ordinarium alterius Diœcesis.

13. An conseruatores nominati & electi à Regularibus ante exercitium suæ Iurisdictionis teneantur electionis autenticum documentum exhibere coram ordinario sub pæna nullitatis actuum.

14 An priuilegia quæ sunt concessa contra Iurisdictionem ordinarij & quibus gaudent & gaudere prætendunt Regulares debeant Episcopis notificari siue insinuari.

15. An Prædia Rustica metallorum. Fodinæ Zaccari Opificinæ à Regolaribus Societatis Iesu vel alijs Regularibus possessa vel aliæ Domus Rusticæ in quibus videlicet vnus vel duo Regulares tantū cōmorantur gaudeant priuilegio Collegiorum siue Cōuentuum.

16. Vtrum Regulares contra decretum de Clerico negotiatore apothecas quarumcunque mercium macella & similia præsertim propè Collegia siue Conuentus exercentes, possint ab ordinario subcensuris inhiberi ne huiusmodi exerceant?

17. Vtrum Patres Iesuitæ in suis prædij Opificinis alijsque suis Domibus sæcularibus sitis Intra limites Parrochialium ad se non spectantium possint administrare Sacramenta videlicet baptismatis solemnis matrimonij & extremæ vnctiouis Eucharistiæ in festo Paschatis famulis mercenarijs. Rusticis siue alijs id genus hominibus sæcularibus absque licentia ordinarij vel Parochi.

18. Vtrum Patres Societatis possint consecrare vasa Sacra altaria & similia in quibus vnctio requiritur?

Hæc dubia proponunt Patres Societatis IESV Prouinciæ Mexicanæ cupientes ad maiorem suæ conscientiæ securitatem scire, quomodo se debeant gerere in suis ministerijs pro partibus illis Indiarum Occidentalium.

Num. 19. Dubia Regularium.

PRimum dubiū an in partibus Indiarum Episcopus possit reuocare sine causa licentiam concionandi vel audiendi confessiones semel datam a se ipso Regularibus etiam in scriptis? & an talis reuocatio valeat, quando fuit approbatio simpliciter data.

Secundum dubium quid si dederit Episcopus talem licentiam Regularibus solo verbo, an possit licitè vel validè illam reuocare sine causa? vel prohibere tales Religiosos, ne tale munus exerceant: donec ostendant licentias, quarum extet Regestrum in eius Secretaria.

Tertium dubium quid si dederit Episcopus talem licentiam per tacitum consensum de presenti sciens, & non prohibens (cum facile posset) per longum tempus talium ministeriorum exercitium. An possit postea sine causa illud licite, vel validè vetare.

Quartum dubium an in partibus Indiarum possit Episcopus licitè & validè omnibus simul vnius Conuentus Regularibus Confessarijs, sine causa facultatem audiendi Confessiones adimere, præsertim sciens aliquos illorum à semet approbatos fuisse in scripts alios solo verbo, alios ipsius Episcopi fuisse confessarios alios ab eodem inuitatos, & destinatos ad audiendas suorum Diœcesanorum confessiones? Item an possit confessiones his Religiosis factas Episcopus publicè declarare, ac per edicta iudicialia publicare fuisse nullas, irritas, & sacrilegas ac per consequens fore repetendas, & tales Religiosos fuisse sacrilegos violatores Concilij Tridentini, ac Bullarum Pontificum.

Quintum dubium an ibidem, quando Parochia distat ab Episcopali Palatio per 200. vel 300. & aliquando per 500. & amplius milliaria, & ibi Parochus, vel infirmitate, vel aliter impeditur; vel ignorat idioma Incolarum, qui nolunt confiteri per interpretem præsertim Indum; possit Regularis approbatus in alia Diœcesi confessiones audire, cum nequeat huius Diœcesani licentiam obtinere, nisi factis longis & difficilibus itineribus terra marique non raro factis subinde magnis expensis multorum scutorum, & multo consumpto tempore, quo interim carebunt Parrochiani confessario? (qui casus in partibus Indiarum frequens est, vbi plereque Parochiæ habent maiorem ambitum, quam communes diœceses

cefes

cefes tantum ferè locorum tractum continent, quantum tota Hispania, vel etiam Italia, Idiomatum etiam est magna diuersitas, & intra eandem Parochiam solent esse varia, quæ non potest Parochus nisi diuturno tempore callere) Item an in eo casu teneatur Parochus facere tales expensas, quamuis superent medietatem totius annui redditus? & an teneatur Religiosus subire tot itinerum molestias, & pericula, quando non vult Episcopus absentem approbare? Quod si non suppetent Parocho pecuniæ, quis tenebitur expensas itineris isti Religioso ministrare? Vel demum an possit in hoc casu tam Parochus, quam Religiosus tuta conscientia relinquere tales Parochianos sine cōfessione etiam per aliquot annos, ne Regularis semel approbatus audiat confessiones in aliena Diœcesi sine licentia Episcopi Diœcesani.

Sextum dubium an in Parrochijs Indiarum (etiam in Diœcesi Angelopolitana) per 200. vel 300. vel plura milliaria distantibus ab Episcopo, si frangantur aræ, nec aliæ reperiantur consecratæ, possit Prælatus Regularis vti priuilegio consecrandi aras iuxta sensum ibi communiter receptum (nimirum absente, vel consentiente Episcopo posse Regularem consecrare) vel an teneatur Parochus aram consecrandam ad Episcopum ita distantem mettere per virum vtique fidelem & industrium, qui ducat aram, & eius procuret consecrationem (quam Episcopus non impendet vni soli, sed expectabit alias) posteaque reducat, factis in hoc non raro tantis expensis, quantas redditus Beneficij non sustineat consumptis etiam pluribus mensibus, quibus tàm Parochus quam Parochiani missa carebunt? quid item si Parocho non suppetat pecunia tanta vel ipsi videatur se non teneri ad tales expensas? Quid si Episcopus, vel nolit, vel non possit præ podagra, vel alio morbo facere talem consecrationem? Poterit ne Parochus illos suos Parochianos sine missa relinquere, per plures forsan annos, donec Episcopus aliquis illuc accedat, qui possit, & velit consecrare; cum sæpè non sint oppida vicina, quæ possint adiri propter distantiam locorum & difficultatem itinerum, quam supra designauimus.

Septimum dubium, quando petit Episcopus à Regularibus, vt exhibeant sua priuilegia, quæ concernunt ipsorum exemptionem, & notissima sunt, & ipsum Episcopum non latent sed illa petit, vt eadem eludat sinistris interpretationibus & omnem Regularium exemptionem aboleat. An teneantur Regulares talia priuilegia manifestare?

Octauum dubium an prædia rustica Regularium habentia propriam Capellam, vel Ecclesiam & aliquos Religiosos ibi commorantes

sub

ſub diſciplina regulari, gaudeant priuilegijs Conuentuum vel Collegiorum.

Nonum dubium quando vult Epiſcopus iuridicè procedere contra Regulares exemptos extra caſus in quibus ipſi ſubduntur an teneantur Regulares eius mandatis obedire, vel eius citationi reſpondere, vel comparere iudicialiter in eius tribunali, præſertim ſine licentia ſui Prouincialis.

Decimum dubium quando vult Epiſcopus non ſeruato Iuris ordine violare priuilegia Regularium & ipſos legitimè defendentes ius ſuum ob eam cauſam excommunicat, & publicè denunciat an poſſint Regulares eligere Conſeruatorem ad propulſandam hanc manifeſtam iniuriam & violentiam.

Vndecimum dubium quoties Epiſcopus prætextu tuendi ſua iura, vel proſpiciendi ſuo gregi, profert extra rem grauiſsimas calumnias contra doctrinam, vitam, & mores Regularium editis famoſis libellis contra famam, & exiſtimationem Religionis: An poſſint Regulares eligere Conſeruatorem ad propulſandam hanc iniriam, & ad tuendum bonum nomen ſuæ Religionis?

Duodecimum dubium Iubentibus DD. Inquiſitoribus per ſuum edictum, vt ſibi tradantur talia ſcripta, vel reſcripta, quæ potiſſimum tendere videntur ad infamandam Religionem & cum magno crimine ſuorum Authorum pariunt in plebe ſcandala pernitioſa, & temeraria audaciam proferendi propoſitiones temerarias, ſuſpectas de hæreſi, vel etiam hæreticas, nimis Iniurioſas Religioſis (ſic loquitur edictum Inquiſitorum) An teneatur Epiſcopus obedire? vel an poſsit è contra edictum Inquiſitionis publicè lectum, & affixum refringere, infringere, conculcare per ſe, vel per ſuos clientes.

Decimūtertium an Conſeruatores rite nominatos, & ſeruato Iuris ordine procedentes poſſit ea de cauſa Epiſcopus excommunicare ac excommunicatos denunciare, milleque contumelijs inſectari ipſorum cenſuras delere contemnere, publiceque contemnendas traducere contra mandatum etiam & edictum inquiſitorum? Item an tres Notarios intimantes Epiſcopum prædictorum Conſeruatorum ſtabilitam iuriſdictionem & legitimam citationem poſſit ea de cauſa vel Epiſcopus vel eius Vicarius excommunicare, ac excommunicatos publicè denunciare.

Decimumquartum quæ dicatur iniuria ſufficiens ad effectum vt Regulares poſſint contra Epiſcopum eligere Conſeruatores.

Decimūquintū an Epiſcopus iudicialiter poſſit cogere exemptos ad exhibitionem ſuorum priuilegiorum, an prius extraiudicialiter illa requirere debeat.

Deci-

Decimumsextū an Regulares teneantur exhibere priuilegia singulis Episcopis ad libitum petentibus quando talia priuilegia in corpore Iuris aut in bullario sunt contenta vel ex communi cousuetudine, & obseruantia notoria.

Decimumseptimum an Ordinarij possint interpretari, & sinistre exponere priuilegia Regularium, & exemptorum.

Decimumoctauum an Regulares possint eligere Conseruatores quando Episcopus sinistre nititur interpretari restringere ac per consequens infringere eorum priuilegia.

Decimumnonum an sit iniuria Regularium si contra eos procedat Episcopus in casibus in quibus contra exemptos procedere non potest.

Vigesimum an Regulares possint eligere Conseruatorem quando ordinarius excedit limites Concilij Tridentini, vel alias contra formam dicti Concilij procedit contra ipsos.

Vigesimumprimum an possint eligi Conseruatores à Regularibus quando ordinarius non Iuris ordine, sed libellis & exagerationibus minus certis & nouationibus quæ inferunt calumniam & infamiam ipsis Regularibus, & Vuiuersæ eorum Religioni.

Vigesimumsecundum an ex quo Breue Vrbani Octaui suspensionis Bullæ Gregorij XV. contra exemptos in Regnis Hispaniarum non habent ad manus cum habeant anthores classicos & Testes omni exceptione maiores qui illud viderunt, & vigeat communis obseruantia sine sufficienti termino ad illud inueniendum possit contra exemptos ordinarius procedere, & maximè si ipse ordinarius per plures annos dictæ consuetudini obseruantiæ & præsumptæ suspensioni consensum præstiterit.

Vigesimumtertium an Episcopus possit contra exemptos particulares procedere non data illis facultate obtinendi licentiam à suis superioribus iurandi iudicio sistendi, & in alicuius Tribunal comparendi.

Vigesimumquartum an ordinarius possit procedere contra Regulares criminosos intra claustra degentes si sint exempti.

Vigesimumquintum an ordinarius vnius Dioecesis possit procedere contra Regulares criminosos in alia Dioecesi existentes.

PAV-

PAVLVS PAPA V.

Num.20. Litteræ Pauli Quinti.

VEnerabilis Frater salutem &c. Permolestè ferimus, quod quemadmodum nobis renunciatum est Ecclesiasticorum ordo in aliquibus Indiæ istius partibus, adeo à Charitatis disciplina deflexerit, vt Religiosi Viri publicè, nedum priuatim, quod etiam esset error grauissimus simultatis ad inuicem exerceant. Dolemus quidem vehementer, etenim non sine detrimento diuini honoris, & Animarum iactura hoc fieri potest. Iamque vt accepimus dilecti filij nostri Sacerdotes Societatis Iesu, quorum pietas diligentia atque labor, maximè vtilis semper extitit Propagandæ fidei in istis Regionibus ex eiusmodi dissidijs impediantur, ita vt ægrè inseruire possint culturæ istius amplissimæ Domini Vineæ. Quare zelo Gloriæ Dei, ac salutis Animarum commoti fraternitatem tuam monemus atque efficaciter requirimus, vt sedulo curet, tam graue scandalum ex Domini familia in Ecclesia tua omninò remouere, & Charitatis ardorem infrascriptum tuorum Cordibus verbo, & exemplo excitare, vt de Vigilantia, atque solicitudine tua in administratione pastorali merearis vberem mercedem accipere ab æterno Patre familias. Quantum autem ad Sacerdotes Societatis Iesu attinet, cupimus vt eos benignè, ac paterna Sacerdotalique charitate tractes, & si quid animaduertendum in eis forte Tibi videbitur, præcipimus, ac mandamus, fraternitati tuæ, vt illud prædictæ Societatis Prælatis significes, hosque de omnibus certiores facias, qui Deo adiuuante, vt par est prouidebimus. Auxilium diuinæ gratiæ tibi à Domino optamus, & Apostolicam benedictionem nostram tibi ex animo impartimur. Datum Romæ apud S.Petrū &c. vij. Idus Nouembris, 1608. Pont. 4.

PAVLVS PAPA V.

Num.21. VEnerabilis Frater salutem &c. Conquesti sunt apud nos dilecti filij Religiosi viri Sacerdotes Societatis Iesu in tua Diœcesi commorantes, graues sibi à fraternitate tua illatas fuisse iniurias potissimum autem die, quo primum in istam Ecclesiam ingressus este in eos, adeò contumeliosè inuectum esse concione, quam habuisti magna hominum celebritate, vt astantes valdè admirati fuerint. Dolemus sanè vehementer, Nam Sacerdotes Societatis Iesu egregiam operam, hactenus nauarunt semper Catholicæ Ecclesiæ: propterea eos valdè diligimus eorumque existimatio quies, & pax Nobis summoperè cordi est, vt commodius Deo seruire, & animarum vtilitati studere possint. Itaque fraternitatem tuam mone-

mus,

mus, & hortamur, vt a similibus imposterum abstineas, & charitate, ac humanitate, quæ decet dictos Religiosos tractes, vt bonus odor Christi sitis in Ecclesia Dei, etsi fortè aliquid in illis deprehenderis, quod tibi videatur indigere correctione illud nobis significes: Nos enim de opportuno remedio prouidebimus omnia in charitate fiant, vt cum habueritis charitatem ad inuicem homines cognoscant vere vos esse discipulos Christi, & exemplo vestro excitati magis, ac magis ardore Christianæ pietatis inflammentur, dirigat Dominus cogitationes, & opera tua in beneplacito suo, & Nos tibi benedictionem nostram Apostolicam peramantèr impartimur. Dat. Tusculi vj. Idus Octobris M. DC. IX. Pontificatus &c. V.

PAVLVS PAPA V.

Venerabilis frater salutem &c. Superiori anno scripsimus fraternitati tuæ nobis vehementer displicuisse, quod vt accepimus dilecti filij Religiosi Viri Sacerdotes Societatis Iesu grauissimis abste molestijs fuerint affecti teque hortabamur ad charitatem cũ illis exercendam. Posteà cum graui animi nostri dolore intelleximus eosdem Sacerdotes maioribus detrimentis vexatos fuisse, minimè hæc congruunt cum Christiana charitate, & valdè impediunt Dei Cultum, & salutem animarum, ideoque nullo pacto ferenda sunt. Quare fraternitatem tuam hortamur, & in virtute sanctæ obedientiæ tibi præcipimus, & mandamus, vt statim ac nostras litteras acceperis ab illis perturbandis omninò abstineas. Quodsi renueris aut distuleris, quod non credimus obedire nostræ voluntati, mandauimus Venerabili Fratri Episcopo Meliop0rensi, quid circa hoc agendum erit, Nos tibi Apostolicam benedictionem nostram impartimur. Dat. Tusculi &c. vj. Idus Octobris M. DC. IX. Pontificatus &c. Quinto. Num. 22.

Molto Illustre, e Reuerendiss. Signor come fratello. Sarà V.S. informata da i Padri della Compagnia di Giesù de i danni notabili per causa delle persecutioni nuouamente suscitate da quei Vescoui, & in particolare da quelli della China, & del Cocin, li quali non contenti delle discordie, che vertono fra di loro, hanno medesimamente voluto molestare li Padri non solo con ingiurie, minaccie, e maleditioni, ma ancora con fatti; spogliandoli delle proprie Chiese che amministrauano, e priuandoli del ministerio della parola di Dio, il che potrà V. S. per se stessa considerare di che scandalo, e conseguenza sia in quei Popoli: oltre all' Num. 23.

impe-

impedimento che si fa al progresso di quella noua Christianità. Nostro Signore hà inteso tutto questo con gran suo dispiacere, e per il zelo particolare che hà, che Dio sia seruito e glorificato in quelle parti, e che la Compagnia sia promossa à continuare il suo Instituto per il frutto che da lei se ne caua nella Chiesa, ha pensato di scriuere, si come fà alli medesimi dui Vescoui vn Breue per ciascuno ordinando loro, che desistano da queste molestie contra i Padri, e che non diano occasioni di maggiori scandali e nouità, & in euento che quel del Coccino non obedisca, (ch'è quello, che è venuto alla priuatione delle Chiese, e della predica) si scriue vn'altro Breue al Vescouo di Maliapor, acciò ne formi processo, e lo mandi a Roma. E parso anco à Sua Santità che di tutti questi inconuenienti V.S. ne dia parte a Sua Maestà, si come farà à nome della Santità Sua con quelli offitii considerati, che la prudenza sua le dettarà, tenendosi per fermo che la Maestà Sua non hauerà meno à cuore la pace, e concordia di quei Vescoui, e Religiosi di quel che le siano le cose della medesima Religion Cattolica in quei suoi Regni. Con che à V.S. pregandole ogni contento me le offero con tutto l'animo. Di Frascati li 15. d'Ottobre 1609.

Di V.S. Come fratello affetionatiss.

Il Card. Borghese.

Emin.[mi] & Reu.[mi]
DD. Cardd. Spadæ, &c.

Angelopolitana.

PRO
Patribus Soc. IESV.

CONTRA
R.[mum] D. Episcopum.

Summarium.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. 1648.

Superiorum permissu.

Angelopolitana.

Compendium seu Index Informationis.

§. 1. Die 6. Martij 1647. Episcopus Angelopolitanus præcepit Rectoribus duorum Collegiorum Societatis Iesu, quod infra 24. horas exhiberent licentias prædicandi, & confessiones audiendi, & interim abstinerent.

§. 2. Die 8. declarat ipsos sine Iurisdictione absoluere, & contra formam Concilij Tridentini prædicare, & declarat excommunicatos, ni exhibeant priuilegia.

§. 3. Decreta præfata non habemus originalia, sed tantum copiam exaduerso datam.

§. 4. Nec habemus tertium edictum contra Diœcesanos, ne audiant conciones neue confiteantur Patribus sub pęna excommunicationis.

§. 5. Pater Prouincialis consultis Archiepiscopo Mexicano, & 96. viris doctissimis nominat Conseruatores.

§. 6. Conseruatores fuerunt P. Ioannes de Pareda Prior, & P. Augustinus Godinez definitor Ordinis Prædicatorum; qui seruatis seruandis processerunt.

§. 7. Libellos contra Societatem euulgatos prohibent, & præsentari sibi præcipiunt.

§. 8. Episcopus habuit recursum ad Viceregem; sed Vicerex pronunciauit pro Conseruatoribus.

§. 9. Episcopus contumax contra Conseruatores processit, & illos inauditos excommunicauit.

§. 10. Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis contra Episcopum, & illius iniurias edictum fecit.

§. 11. Concilium Regium Indiarum in Curia Matriti contra Episcopum resolutionem capit.

§. 12. Siluerius de Pineta, & Io. de Mugano ab Episcopo Procuratores destinantur ad limina, & contra Patres dant litteras Episcopi, ac obtinent Congregationem.

§. 13. Quatuor capita huius Informationis.

1. Patres potuerunt eligere Conseruatorem.
2. Conseruatores fuerunt legitimi.
3. Legitimè processerunt.
4. Responsiones ad dubitationes hincindè datas.

§. 14. Conseruator datur à Sede Apostolica ad propulsandum iniurias, & ad tuendum, & manutenendum in Iuribus

§.15. Facultas Conseruatorum non fuit abrogata per Constitutionem Gregorij XV. vt declarauit Sacra Congregatio.

§.16. Probatis iniurijs Patrum, & eorum spolio apparet legitima Conseruatoris electio.

§.17. Probantur iniuriæ ex edictis ab Episcopo contra Patres publicatis.

§.18. Iniuria est grauare illos, ex hoc, quod in Cancellaria non sint licentiæ, quia diuersimodè licentiam habere poterant, & ex hoc, quod de facto ipsos in primo edicto spoliat.

§.19. Non poterat iudicium incipere à suspensione, sed saltem expectare debebat, quod expiraret terminus 24. horarum.

§.20. Non poterat integrum Collegium suspendere ex decreto Sacræ Congregationis.

§.21. Ex hoc decreto aliqui auctores affirmant, quod Regulares non teneantur obedire Episcopo integrum Collegium suspendenti.

§.22. Nulla causa reputatur sufficiens ad suspendendum integrum Collegium inconsulta Sacra Congregatione.

§.23. Si hodie declararetur ex causa Episcopum non teneri ad illud decretum obseruandum non per hoc excusaretur Episcopus de acto præterito.

§.24. Nec potest Episcopus suspendere integrum Collegium à prædicatione, quia militat eadem ratio.

§.25. Est iniuria reuocare sine causa licentiam ab ipso Ordinario concessam.

§.26. Non potest Ordinarius Regularem à se approbatum suspendere sine causa, nec ei limitatam facultatem concedere, ex decreto Sacræ Cõgregationis.

§.27. Aliqui ex Patribus oretenus, alij per Epistolas ab Episcopo iàm erant approbati, ergo omnes priuare iniuriosum fuit.

§.28. Fuerunt edicta præcipitanter publicata, & euulgata.

§.29. Non poterat Episcopus omnes excommunicare, quia solis Rectoribus facta est intimatio.

§.30. Iudicium non incipitur à sententia.

§.31. Regulares in Ecclesijs suorum ordinum prædicare possunt, nec Episcopus eos potest impedire nisi ipso prædicante, vt declarauit Pius Quintus.

§.32. Non potest suspendere à prædicatione nisi ex causa munus prædicationis concernente.

§.33. Causæ ob quas Episcopus potest suspendere à prædicatione sunt sex ex Concilijs Lateranensi, & Tridentino.

§.34. Fatetur Episcopus repertam esse patentem P. Velasquez in Cancellaria, ergo ille saltem non poterat excommunicari.

Di-

§.35. Diuersi habebant licentiam oretenus, nec est necessarium, quod talis licentia sit in scriptis.

§.36. Diuersi habebant licentiam, per Epistolas missiuas quæ producuntur in processu.

§.37. Aliqui habebant licentiam ex concessione, & permissione tacita.

§.38. Aliqui fuerunt Confessarij ipsius Episcopi.

§.39. Aliqui habebant licentiam ab antecessoribus, & aliqui auctores tenent, quod successor non potest reuocare licentiam Regularibus ab antecessoribus concessas.

§.40. Omnes erant ab aliquo Ordinario approbati, & hoc sufficiebat ex priuilegijs Gregorij XIII. & Gregorij XIV. perpetuatis, à Paulo Quinto.

§.41. Non obstat limitatio in locis vbi non adsit Ordinarius, quia illa limitatio cadit super facultate absoluendi a contentis in Bulla Cœnæ.

§.42. Probatur hoc, quia dicitur in locis, vbi non sunt Ordinarij habentes facultatem absoluendi a Censuris.

§.43. Clausula præcedens aut subsequens non refertur ad antecedentia, vel subsequentia, quando sunt diuersa, & quando militat eadem ratio.

§.44. Clausula posita in medio non refertur ad alia.

§.45. Et sequeretur, quod vbi sunt Ordinarij Patres non possunt diuersis priuilegijs vti, de quibus nulla est controuersia.

§.46. Et priuilegium esset elusorium, quia vbi non sunt Ordinarij non possunt approbari.

§.47. Et obseruantia priuilegiorum interpres hoc probat.

§.48. Non obstat, quod priuilegia vtriusque Gregorij sint temporalia, quia a Paulo Quinto per clausulas amplissimas fuerunt perpetuata.

§.49. Fuit iniuriosa suspensio ob priuilegia amplissima Societatis circa prædicationem, & confessiones, quæ non videtur reuocata, nec per Concilium, nec per alios Pontifices ob oraculum Pij Quinti, & Bullā Pauli Quinti.

§.50. Iniuria patet ex spolio cum essent Patres in hac possessione, per annos 60. & vltra, à qua nec lite pendente poterant expoliari.

§.51. Non obstat, quod priuilegia allegari possent dubiosa, quia Episcopus ea interpretari non poterat nisi ad fauorem Societatis ex priuilegio Alexandri Sexti ad fauorem Benedictinorum.

§.52. Obijcitur Patres debuisse hæc priuilegia Episcopo exhibere. Respondetur primo, non poterant, quia expoliati erant, & prius debebāt restitui.

§.53. Et particulares Patres sine licentia Prouincialis non poterant in alienam iurisdictionem consentire.

§.54. Præterea Episcopus dicebat Concilium Tridentinum obligare Regulares

gulares ad petendum approbationem ad omnem confessionem, quod falsum est saltem circa pęnitentes Regulares quorum confessiones absque vlla approbatione Ordinarij audire possunt.

§.55. Diuersæ sunt opiniones super quæstione quisnam debeat esse ordinarius pro approbatione ad Confessiones a Concilio requisitus.

§.56. Tenent aliqui Doctores, quod confessarius ab vno ordinario approbatus virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei, vel ex delegatione Parochi, vbique audire potest.

§.57. Regularis habet iurisdictionem immediatè a Summo Pontifice, vnde aliqui tenent, quod ex hoc sufficiat, quod ab vno ordinario approbetur, & sic declarant Concilium Tridentinum, & Bullas Gregorij XV. & Vrbani VIII.

§.58. Patres absoluendo vigore priuilegiorum non possunt dici facere confessiones inualidas.

§.59. Non poterant Patres in tam breui termino exhibere priuilegia.

§.60. Et multa erant in corpore iuris, vel in Bullario.

§.61. Non obstat Bulla Gregorij XV. contra exemptos, quia recipit duas limitationes a Cherubino adductas.

§.62. Et adest Breue suspensiuum Vrbani Octaui apud diuersos Authores.

§.63. Et probatur per testes de visu, & per simile Breue ad fauorem Regni Portugalliæ.

§.64. Bulla Vrbani Octaui nondum in illis regnis est promulgata, & aliqui authores intelligunt eam in terminis Concilij Tridentini.

§.65. Vt etiam Bulla pij Quinti 1571. & Clementis Octaui 1604. Imo secundum aliquos in generali reuocatione non veniunt particularia priuilegia illorum Regnorum.

§.66. Vlterius adest Bulla Pij Quinti in Bullario 34. confirmata a Clemēte Octauo 1597. & præseruata ab Vrbano Octauo 1634.

§.67. Est verisimile, quod illæ remotissimæ Regiones non obstringantur priuilegiis generalibus, aut publicationibus Romæ factis.

§. 68. In ambiguis statur pro Religiosis.

§.69. Priuilegia Regularium non sunt pro particularibus, sed pro toto corpore: vndè est ac si in corpore iuris essent inserta.

§.70. Et sunt remuneratiua.

§.71. Priuilegio Conseruatoris Societatis Iesu non intelligitur derogatum nisi trina præcedente insinuatione.

§.72. Bulla Pij Quinti est ad instantiam Regis.

§.73. Regulares habent iurisdictionem, per ius commune Clemētinæ dudum cui non derogatur sine speciali, &c.

§.74. Regulares ab Episcopo in istis casibus secundum aliquos puniri nō debēt, sed a Superioribus Regularibus, per declarationes Concilij maximè

ximè in Regnis Hispaniarum, per Breue Vrbani Octaui 1625.
§.75. Et quando punire eos potuisset hoc non fuisset, per censuras nisi ex speciali concessione Sedis Apostolicæ, & in casibus in Concilio Tridentino expressis.
§.76. Contra his Iniurias secundum aliquos etiam sine Conseruatoribus Superiores Regulares, per se possunt extraiudicialiter procedere.
§.77. Istæ iniuriæ sunt manifestę, & quatenus manifestæ negarentur hoc ad ipsos Conseruatores spectat declarare.
§.78. Patres habent pro se testimonium Proregis, Archiepiscopi Mexicani, & consensum aliorum Episcoporum, Tribunalis Sanctissimæ Inquisitioni, Consilium omnium ferè Doctorum de Mexico, Consilium Regium, & ipsum Regem.
§.79. Dispositio *Concilij Tridentini circa Arbitros sess. 14. cap. 5.* non comprehendit Conseruatores Regularium.
§.80. Conseruatores fuerunt legitimi ad formam *cap. fin. de Iud. deleg. in 6.*
§.81. Prior regularis Ecclesiæ Cōuentualis est dignitas sufficiens ad munus Conseruatoris per Clementinam, *& si de rescriptis, &c.*
§.82. Definitor est personatus sufficiens ad idem onus Conseruatoris.
§.83. Et quatenus definitor non esset sufficiens sufficit Prior quia fuerūt deputati insolidum, & Prior semper processit.
§.84. Non obstat, quod Conseruatores debeant esse Iudices Synodales, ex Constitutione Gregorij Decimi Quinti, quia in illis partibus non reperiuntur.
§.85. Et Gregorius XIII. 1579 concedit Patribus Societatis posse in Cōseruatores eligere etiam Seculares, &c.
§.86. Et Clemens Septimus concessit Patribus Dominicanis de anno 1533 posse eligere quemcumq; secularem, vel regularem, in ordinibus sacris constitutum.
§.87. In Mexico, vbi fuerunt electi Conseruatores deputant locum audientiæ.
§.88. Mexico est intra tres dietas a fine Diœcesis Angelopolitanæ *iuxta cap. fin. de deleg. in 6.* & priuilegia propria Carmelitarum Patribus communicata.
§.89. Conseruatores ritè, & legitimè ac ser. ser. processerunt.
§ 90. Summarium Processus Conseruatorum ad curiam Matriti transportati.
§.91. Episcopus potuit a Conseruatoribus excommunicari, *per cap. 2. de deleg. in 6.*
§.92. Obseruarunt Conseruatores formam *dicti cap. 2.* & per Concilium Tridentinum *dictum §.* non fuit reuocatum.
§. 93. Conseruatores per se non per alios processerunt: Vndè non intrat obiectio aduersarij.

Qua-

Compendium seu Iudex Summarij.

6. De-

6. Decretum Vice Regis.
7. Edictum Episcopi die 6. Aprilis.
8. Edictum Sanctissimæ Inquisitionis.
9. Decretum Sacræ Congreg. super suspensione vnius Collegij.
10. Decreta Sacræ Congregationis super reuocatione, vel limitatione licentiarum.
11. Priuilegium Gregorij XIII. super approbatione ab aliquo Ordinario.
12. Breue suspensionis Bullæ Gregorij XV. pro Portugallia.
13. Breue Clementis Octaui, & Vrbani Octaui.
14. Epistola Proregis ad Reuerendiss. P. Generalem.
15. Epistola Archiepiscopi ad eumdem.
16. Epistola Episcopi Mechoachan.
17. Decretum, & Breue Vrbani Octaui pro Carmelitis, cum derogatione dictarum.
18. Dubia Aduersariorum.
19. Dubia Regularium.
20. Litteræ Pastorales Pauli Quinti ad Episcopum Chinensem.
21. Similes ad ad eumdem.
22. Litterę duriores eiusdem Pontificis ad eumdem.
23. Littera Cardinalis Burghesij ad Nuntium Apostolicum, pro eadem causa Chinensi.

Emin.^{mis} & Reu.^{mis}
DD. Cardinalib.

Spada,
Sacchetto,
Ginetto,
Carpineo, &
Frangiotto.

Necnon

Illustrifs.^{mis} & Reu.^{mis} DD.

Farnesio,
Maraldo,
Fagnano, &
Pauluccio.

à S.^{mo} D. N. specialiter deputatis.

Angelopolitana.

PRO
Patribus Soc. IESV.

CONTRA
R.^{mum} D. Episcopum.

Index Informationis, & Summarij.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. 1648.

Superiorum permissu.